Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII IOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS

Opera quæ exſtant, nempe

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBRI XX. Sigiſmundo Gelenio interprete.
DE BELLO IVDAICO LIBRI VII. (interprete, vt vulgò creditum eſt, Rufino Aquileienſi) quibus Appendicis loco acceſſit De vita Ioſephi.
ADVERSVS APIONEM LIBRI II. ex interpretatione Rufini à Gelenio emendata.
DE MACHABÆIS, ſeu de imperio rationis LIBER I. cum paraphraſi Eraſmi Roterodami.

Quæ Græcolatina EDITIO *Græcorum Palatinæ Bibliothecæ manuſcriptorum Codicum collatione caſtigatior facta eſt.*

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



GENEVÆ,
Apud Petrum Aubertum.

M. DC. XXXIV.



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI FRIDERICO V. COMITI PALATINO AD RHENVM, ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS hæredi, Bauariæ Duci, &c.

Domino meo Clementissimo.

FLAVII Iosephi Hellenistarum Iudæorum cùm eruditione, tum eloquentia facilè principis historica monumenta prælo meo excusa, Princeps Illustrissime, ad T.C. humiliter adfero. Sicut enim scriptorum est quæ honesta sunt & seculis profutura literis prodere: ita & in immenso aliorum super alios aceruatorum librorum cumulo typographorum interest laudabiles & bonæ frugis scriptores in lucem mittere rediuiuos, & aduersus Zoilos potentium patronorum tutelæ committere. multiplex verò mihi causa fuit cur ad T.C. noster confugeret Iosephus: námque primùm tota operis πραγματεία de rebus est quæ à Principe cognoscantur dignissimis; ipsa nempe mundani Systematis diuina constitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Mosaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, quæ olim orbem rexerunt, imperio; & aliis, quæ quatuor millium annorum historiam implent autoris & eo nomine apud Principes gratiosi, quòd nõ ex infimis literatorum subselliis ad hæc scribenda prodierit terræ filius; sed ex regio Hasmonæorum sanguine oriundus, & primaria sacerdotum inter Iudæos familia, cùm in adolescentia ad miraculum vsque in literarum studio profecisset, iuuentutem rebus gerendis & bello, quod cum Romanis gessere Iudæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, consilio & manu ęquè promptus, ætate verò prouectiori otium Romæ nactus ea literis mandauit, quæ literarum cognitione & vsu didicerat, vir cæteroquin Imperatoribus Vespasiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptissimus. Verùm accessit & alia causa cur Iosephum coram T.C. sisterem, beneficium quod tuæ

C.debeo,ob manuſcriptorum tuę electoralis Bibliothecæ codicum Ioſephi liberalem vſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Iano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetrauit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus IC. Marquardus Freherus Tuæ C.Conſiliarius. Sed quia in hoc autore excudendo longiùs proceſſeram cùm membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione vt quam primùm Ioſephum Græcè, publici iuris iterum facerem efflagitabant, quòd editionis Baſilienſis quæ ante LXVII.annos vnica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, quorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones eius qui manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T.C. tuorúmque beneficio ſim adiutus C.T. patrocinio Ioſephum hiſtoricum Principe non indignum iure meritóque dedico, demiſsè rogans vt quemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos περὶ ἁλώσεως offerentem benignè admiſit, probauit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri iuſſit; ita Ioſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppedita uit, vt emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. à quo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo vt det T.C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & quæcunque boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſeruus addictiſsimus

PETRVS ROVERIANVS

Typographus.

DE IO-

Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.



ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ

ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ ΛΟΓΟΣ Α΄.

FLAVII IOSEPHI DE

ANTIQVITATE IVDÆORVM CONTRA

APIONEM ALEXANDRINVM, AD

Epaphroditum,

LIBER PRIMVS.

Opera Sigismundi Gelenij restitutus.

ΙΚΑΝΩΣ μὴν ὑπολαμβάνω, Ἐπαφρόδιτε τῆς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν συγγραφῆς, κράτιστε ἀνδρῶν ἐπαφρόδιτε, τοῖς ἐντυγχάνουσι αὐτῇ πεποιηκέναι φανερὸν, περὶ τὸ γένος ἡμῶν τῶν Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν τε ἐν τῷ πρώτῳ ὑπόσασιν ἔχει ἰδίαν, καὶ περὶ τὴν χώραν ἣν νῦν ἔχομεν κατῴκησεν, μὲν πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίαν περιέχουσαν, ὅσα παρ' ἡμῖν ἱερῶν βύβλων, ἐξ ἑλληνικῆς φωνῆς διαγεγράφαμεν. ἐπεὶ δὲ συχνοὺς ὁρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπό τινων εἰρημέναις περιέχοντας βλασφημίαις, τοῖς περὶ τὴν ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένοις ἀπιστοῦντας, τεκμήριόν τε ποιουμένους τὸ πιστεύειν εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, τὸ μηδεμιᾶς παρὰ τοῖς ὀπιφανέσι τῶν ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων μνήμης ἠξιῶσθαι, περὶ τούτων ἁπάντων φήθην δεῖν γράψαι συντόμως, τῶν μὲν λοιδορουμένων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἐκείνων ἐλέγξαι ψευδολογίαν. τῶν δὲ τὴν ἄγνοιαν ἐπανορθώσασθαι, διδάξαι δὲ πάντας ὅσοι πάλαι θεῖαι βούλονται περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. χρήσομαι δὲ τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις μάρτυσι, τοῖς ἀξιοπιστοτάτοις εἶναι περὶ πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν ἑλλήνων κεκριμένοις. τοὺς δὲ βλασφήμως περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας, αὐτοὺς δι' ἑαυτῶν ἐλεγχομένοις παρέξω. πειράσομαι δὲ καὶ τὰς αἰτίας ἀποδοῦναι, δι' ἃς οὐ πολλοὶ τῶν ἔθνους ἡμῶν εἰς τὰς ἱστορίας ἔλλησι μνημονεύκασιν. ἐπὶ μὲν τοι καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας τὴν περὶ ἡμῶν ἱστορίαν ποιήσασθαι φανερὸν, τοῖς μὴ γινώσκουσιν ἢ πεπραγματευμένοις ἀγνοεῖν. πρῶτον οὖν ἐπέρχεταί μοι πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων, μόνοις πιστεύειν τοῖς ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. πάνυ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον ὁρῶ συμβεβηκός, εἴγε δεῖ

SVFFICIENTER, vt arbitror, & per libros Antiquitatum, optime virorum Epaphrodite, legentibus eos, aperui de nostro genere Iudæorum, quia & vetustissimum est, & primam originem domesticam habuit. Quinque millium enim annorum numerum historiam continentem, ex nostris sacris libris Græco sermone conscripsi. Quoniam verò multos video, respicientes blasphemiam quorundam insanè prolatam: & ea quæ à me de antiquitate conscripta sunt, non credentes: putantes mendacium nostrum esse genus, ò quòd nulla memoria apud Græcorum nobiles historiographos digni sunt habiti nostri maiores: pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta conscribere: & derogantium quidem, vetanum spontantúmque increpare mendacium, aliorum verò ignorantiam pariter emendare: vniuersósque de nostra antiquitate, qui scilicet veritatem amplectuntur, edocere. Vtar autem in meis dictis testibus eis, qui de omni antiquitate apud Græcos fide digni sunt iudicandi: eos autem qui blasphemè de nobis atque fallaciter conscripsêre aliqua, per semetipsos conuictos indubitanter ostendam. Conabor etiam causas exponere, propter quas non multi in Græcis historiis gentis nostræ fecêre memoriam: necnon & eos, qui de nobis scribere voluerunt nescientibus, aut nescire simulantibus indicabo. Primitùs itaque satis admiror eos, qui existimant oportere de rebus antiquis, Græcis tantummodo fidem habere, & ab eis consulendam esse veritatis integritatem: nobis autem & aliis hominibus non esse credendum. Sed ego omnia in his contraria video contigisse. Quapropter decet

non varias opiniones inspicere, sed ex ipsis rebus iustitiam ponderare. Omnia siquidem Græcorum noua, & heri, (vt ita dicam) nupérque facta cognoui: hoc est fabricam ciuitatum & adinuentiones artium conscriptionésque legum: cunctaque rerum iunior apud eos est historiæ diligentia conscribendæ. Apud Ægyptios autem, atque Chaldæos, & Phœnicas (desino enim nos illis connumerare) sicut ipsi fatentur, res gestæ antiquissimam & permanentem habent memoriæ traditionem. Nam & locis omnes inhabitant, quæ nequaquam æris corruptioni subiaceant: & multam prouidentiam habuêre, vt nihil horum quæ apud eos aguntur sine memoria relinqueretur: sed in publicis conscriptionibus semper à viris sapientissimis diceretur. Græcorum verò regionem innumeræ corruptiones, i.u.sêrq; rerum memoriam delentes. Qui autem nouas constituentes conuersationes, omnium se primos esse credi ê.e, sciant quia etiam. serò & vix naturam potuê.e agnoscere literarum. Nam antiquissimum earum vsum habuisse creduntur à Phœnicibus, & à Cadmo e didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare seruatam conscriptionem, neque in templis, neque in publicis anathematibus: quando etiam de Troianis rebus, vbi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est, vtrum literis vsi sint: & magis veritas obtinuit, quòd vsus modernarum literarum illis fuisse incognitus. Constat autem, quòd apud Græcos nulla inuenitur conscriptio poëmate Homeri vetustior: & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Et aiunt neque hunc literis suum poëma reliquisse: sed cantibus memoria reseruatum, postea fuisse compositum, & propterea multam in eo comperiri dissonantiam. Qui autem historias apud eos conscribere tentauêre, id est, Cadmus Milesius, & Acusilaus Argiuus, & post hunc quicunque alij fuisse referuntur, paululum tempus Persarum contra Græcos expeditionem præcessêre. Sed & eos qui de cœlestibus ac diuinis primitùs apud Græcos sunt philosophati, id est, Pherecydem Syrium & Pythagoram, & Thaletem, omnes concorditer contentur, Ægyptiorum & Chaldæorum fuisse discipulos: & breuiter conscripsisse, quæ à Græcis omnium antiquissima iudicantur, ita vt vix ea credant ab illis fuisse conscripta. Quomodo ergo non est irrationabile, vt tali fastu turgeant Græci, tanquam soli sciant vetera, & veritatem eorum exactè tradant: aut quis non ab ipsis conscriptoribus facillimè dicat, quod neque firmiter scientes aliquid conscripsêre, sed quod vnusquisque opinatus est, hoc studuit explanare. Vnde etiam libris se inuicem arguunt, & valdè contraria de rebus eisdem non piget eos dicere. Sed ego videbor me potioribus esse superfluus, si explanare voluero, quantis quidem locis Hellanicus ab Acusilao de genealogis dissentat, & in quantis Hesiodum corrigit Acusilaus, aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in pluribus ostendit esse mendacem, Ephorum verò Timæus. Timæum qui post illũ

A μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς ἕλλησιν ἅπαντα, νέα καὶ θθὲς καὶ πρῴην ὡς εἰπεῖν τις, εἶδον γεγενόμενα. λέγω δὴ τὸν κόσμον τῆς πόλεως, καὶ τὰ περὶ τὰς εὑρέσεις τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν νόμων ἀναγραφάς. πάντων δὲ νεωτάτη χρεία παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τὴν συγγραφὴν τῆς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μὲν τοι παρ' αἰγυπτίοις τε καὶ χαλδαίοις καὶ φοίνιξιν, οἷα γὰρ καὶ ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ ἐπιθεῖ ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτῃ τε καὶ μονιμωτάτῃ ἔχει τὴν μνήμης τῶν πραγμάτων. καὶ γὰρ τόποις ἅπαντες οἰκοῦσι, οἷς ἀ τῆς ἐκ τῶν πολεμίων φθορᾶς ἐπεκείμεθα. καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν, τὸ μηδὲν ἀμνημόνευτον παρ' αὐτοῖς παρατρέμειν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθηρῆσθαι. τὸν δὲ περὶ τὴν ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν φθοραὶ κατέχουσι, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γενομένων. ἀεὶ δὲ καινοὶ καθιστάμενοι βίοις, τὸ παντὸς ἀρχὴν ἕκαστοι τὸν ἀφ' ἑαυτῶν. οὐδὲ δὲ καὶ μόλις ἐγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γοῦν ἀρχαιοτάτην αὐτῆς τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ φοίνικων, καὶ κάδμου συμμιμνήσκονται μαθεῖν. ὁ μὲν οὖν ἐν τῷ ἐκείνου τὸ χρέος δυνατόν τις αὖ δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφήν, οὔτ' ἐν ἱεροῖς, οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπου γε καὶ περὶ τῶν δεῖ ἕνεκα τοσούτους ἔτεσι στρατευσάντων ὕστερον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, ὡς τὸ τῶν νῦν ἔσαν τῆς γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνοις ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον δείκνυται γράμμα, τῆς ὑμέτερον ποιήσεως πρεσβύτερον. ἐδεῖ δὲ καὶ τῶν ἔπεσιν ὕστερον φάσκειν γεγενῆσθαι, καὶ φασὶν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὸν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ δι' μνήμης ἐνεμένειν ἐν τῷ ἀσμάτων ὕστερον συνεπιθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰ ἐν αὐτῇ χεῖν τὰς διαφωνίας. οἱ μὲν τοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὴ τοὺς περὶ κάδμον τε τὸν μιλήσιον, καὶ τὸν ἀργεῖον ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τοῦτον εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς περσῶν ἐπὶ τὴν ἑλλάδα στρατείας τῷ χρόνῳ προέλαβον. ἀλλὰ μὲν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε καὶ θείων πρώτους παρ' ἕλλησι φιλοσοφήσαντας, οἷον φερεκύδην τὸν σύριον καὶ πυθαγόραν καὶ θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν αἰγυπτίων καὶ χαλδαίων γενομένους μαθητάς. ὅλως γὰρ συγγράφαι. καὶ ταῦτα τοῖς ἕλλησιν εἶναι δοκεῖν πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ τινὲς δύνασιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι. πῶς οὖν οὐ λόγον τετυφῶσθαι τοὺς ἕλληνας ὡς μόνους ἐπιστάμενοι τὰ ἀρχαῖα, καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας. εἰ τὶς οὐ παρ' αὐτῶν συγγραφέων μαθοὶ ῥᾴδιως, ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι θεὶ τῶν πραγμάτων εἰκάζοιντο. πλεῖστον γοῦν δὲ τῶν βιβλίων ἀλλήλοις ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐ ὀκνοῦσι. περίεργος δὴ αὖ εἶναι νομίζω τὸν ἐμὲ μᾶλλον ἐπιστάμενος διδάσκειν, ὅσα τὲ ἑλλάνικος ἀκουσιλάου περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαφέρουσιν, ὅσα δὲ διορθοῦται τὴν ἡσίοδον ἀκουσίλαος, ἢ τίνα ἔρρον ἔφορος τὲ ἑλλανικὸν ἐν τοῖς πλείοσι ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, ἔφορον δὲ τίμαιος, καὶ τίμαιον οἱ μετ' ἐκείνου γενό-

γενόντες, ἡρόδοτον ἢ πάντες, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν στε- A
λῶν τοῖς περὶ ἀντίοχον καὶ φίλιστον ἢ καλλίαν τίμαιος
συμφωνεῖν ἠξίωσεν. οὐδ' αὖ περὶ τῶν ἀττικῶν οἱ τὰς
ἀτθίδας συγγραφόντες, ἢ περὶ τῶν ἀργολικῶν οἱ τὰ
περὶ ἄργος ἱστορηκότες ἀλλήλοις κατακολουθήκασι.
καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς πόλεως καὶ βραχυτέρων, ὅπου
περὶ τῆς περσικῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἐν
αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διεφωνήκασιν.
πολλὰ ἢ καὶ θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπὸ τι- B
νων κατηγορεῖται, καί τοι δοκῶν ἀκριβεστάτως καθ'
αὐτὸν ἱστορίαν συγγράφειν. αἰτίαι ἢ τοσαύτης διε-
φωνίας, πολλαὶ μὲν ἴσως αἱ τε ἕτεραι τοῖς βουλο-
μένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν. ἐγὼ ἢ δυσὶ ταῖς λεχθη-
σομέναις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀνατίθημι. καὶ πρότε-
ραν ἐρῶ τὴν κυριωτέραν, εἶναί μοι δοκοῦσαν. τὸ γὰρ
ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι, πρὸς τοῖς ἕλλησι δημο-
σίας γραφὰς περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγρα-
φαί, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν παλαίαν, καὶ τὴν ἐξου- C
σίαν τοῦ ψεύδεσθαι, τοῖς μὴ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ
τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέχειν. οὐ γὰρ μόνον πρὸς τοῖς
ἄλλοις ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ'
οὐδὲ παρὰ τοῖς αὐτοχθόσι οὓς αὐτοχθόνας εἶναι λέγουσι,
καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γεγε-
νημένον. ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους
εἶναι φασί, τοὺς ὑπὸ δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν
φοινικικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς περ- D
σικῆς τυραννίδος ἀνθρώπου γενόντος. περὶ μὲν
γὰρ ἀρκάδων τί δεῖ λέγειν ἀκριβούντων ἀρχαιότητα;
μόλις γὰρ ἤτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθη-
σαν. ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προκαταβεβλη-
μένης ἀναγραφῆς, ἢ τοῖς μαθεῖν βουλομένοις διδά-
ξειν ἔμελλε, καὶ τοῖς ψευδομένοις ἐλέγχειν, ἡ πολ-
λὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τῶν συγγρα-
φέων. δευτέραν ἢ πρὸς ταύτῃ, θετέον ἐκείνην
αἰτίαν. οἱ γὰρ ὅτι τὸ γράφειν ὁρμήσαντες, οὐ περὶ τὴν E
ἀλήθειαν ἐσπούδασαν· καί τοι τοῦτο πρόχειρον ὄν τὶν
ἀεὶ τὸ ἐπαίνημα λόγων ἢ δυνάμεν ἐπιδείκνυ-
τον. καθ' ὃν τινα τρόπον οὐ τούτῳ παρεδοκιμάσειν
τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ὁρμῶντο. τι-
νὲς μὲν ὅτι τὸ μυθολογεῖν ἐρασθέντες, τινὲς ἢ πρὸς
χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες.
ἄλλοι ἢ ὅτι τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγρα-
φότων ἐχώρησαν, οὐδοκιμήσειν τούτῳ νομίζοντες.
ὅλως ἢ τὸ παντὸν εὐαγωγότατον ἱστορίᾳ πρατ τοντες F
διατελοῦσι. τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ὅτι τεκμήριον ἱστο-
ρίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταυτὰ καὶ λέγοιεν
καὶ γράφοιεν. οἱ δὲ εἰ ταῦτα γράψειαν ἕτερος, ἵνα
ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖεν πάντων ἀληθέστατοι. λόγων
μὲν οὖν ἕνεκα καὶ τούτοις δεινότητος δεῖ πρὸς χω-
ρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς ἑλληνικοῖς. οὐ μὴν καὶ
τὸν περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστά γε
τὸν περὶ τῶν ἑκάστοις ὑπηρχόντων. ὅτι μὲν οὖν παρ' αἰ- G
γυπτίοις τε καὶ βαβυλωνίοις, ἐπὶ μακρότατον ἀπῶθεν
χρόνων, τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπου
μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκεχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας
ἐφιλοσόφουν. χαλδαῖοι ἢ παρὰ τοῖς βαβυλωνίοις, καὶ
ὅτι μάλιστα δὴ τῶν ἑλλήνων ὑπεδεξανυμένων ἐχρήσαντο φοίνικες γράμμασιν, εἰς τὸν βίον οἰ-
κονομίας, καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων πρᾶξιν, ἐπειδὴ συγχωροῦσιν ἅπαντες, ἐάσειν μοι δοκεῖ.

fuêre, Herodotum verò cuncti: sed neque de Siculis cum Antiocho & Philisto, aut Callia Timæus concordare dignatus est: neque rursus de Atticis hi qui Athidas conscripserunt: aut de Argolicis qui de Argis historiam protulêre, alteruros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibúsque rebus, quando de militia Persica, & his quæ in ea sunt gesta, tantum viri probatissimi discordasse noscuntur? In multis autem etiam Thucydides tanquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam sui temporis historiam conscripsisse videatur. Causæ verò huius dissonantiæ multæ forsan & aliæ quærere volentibus apparebunt. Ego verò duabus quas dicturus sum, maximam huius vim diuersitatis ascribo. Et quidem primùm dico eam quæ mihi propriorem esse videtur: id est, eo quòd ab initio non fuerit studium apud Græcos: publicas de his quæ semper aguntur proferre conscriptiones. Hoc etenim præcipuè & errorem, & potestatem mentiendi posteris, vetus aliquid volentibus scriptitare, concessit. Non enim solummodò apud alios Græcos publica conscriptio est neglecta: sed neque apud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse dicunt, disciplinaéque cultores, aliquid huiusmodi reperitur. Sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, quæ à Dracone eis de suppliciis sunt conscriptæ, modicum ante tempus tyrannidis Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquitate gloriantibus, quid oportet dici? vix enim isti & post a literis eruditi sunt. Cùm ergo conscriptio nulla præponeretur, quæ & discere volentes doceret, & mentientes argueret, multa inter conscriptores discordia nata est: quoniam qui ad scribendum se præparabant, non studium veritatis exhibuerunt, licèt hæc promissio semper habeatur in promptu: sed verborum magis habere prolationem maximam. Et quemadmodum laudari se in hoc super alios æstimarent, ad hoc potius semetipsos aptabant. Aliqui verò ad fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad gratiam, aut ciuitates laudantes, aut reges: alij semetipsos ad accusandas causas, aut conscriptores tradidêre. in hoc se fore probabiles æstimantes, & omnino hoc agentes, quod historiæ nimis aduersum est. Veræ siquidem historiæ indicium est, si de eisdem rebus omnes eadem dicant atque conscribant. hi verò cùm quædam aliter conscriberent quam alij, tunc se putabant omnium veraciores ostendi. Quapropter causa quidem verborum & calliditatis eorum, cedere nos Græcis oportet: non autem de antiqua historiæ veritate, & maximè de rebus propriæ vniuscuiusque prouinciæ. Quoniam igitur apud Ægyptios & Babylonios, ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit, quando sacerdotibus erat iniunctum, & circa eas ipsi philosophabantur: Chaldæi verò apud Babylonios: & quia præcipuè Græcis immixti, vsi sunt Phœnices literis, circa dispensationes vitæ, & publicorum operum traditionem, dum consentiant omnes tacendum hoc puto.

De nostris verò progenitoribus, qui eandem A
quam prædicti habuerunt in conscriptionibus
solicitudinem (desino dicere, etiam potiorem)
pontificibus & prophetis hoc imperantes: &
quia vsque ad nostra tempora cum multa in-
tegritate seruatum est, & si oportet auden-
tiùs dicere, etiam seruabitur, conabor
breuiter edocere. Non enim solummodo ab
initio probatissimos viros, & in Dei placa- B
tione præparatos, ad hæc exercenda constitue-
runt: sed quatenus etiam genus sacerdotum
sine permixtione purúmque consisteret, pro-
uiderunt. Oportet enim eum qui sacerdotium
habiturus est, ex eiusdem gentis nasci mulie-
re: & neque ad pecunias, neque ad hono-
res inspicere, & genus per antiquam lineam
& multis testibus approbare. Quod scilicet
agimus non solùm in ipsa Iudæa: sed vbicun-
que nostri generis constitutio reperitur, etiam
ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacer-
dotum hoc est, in Ægypto & Babylonia, & quo- C
cunque terrarum orbe quilibet de sacerdotum
genere sunt dispersi. Mittunt enim in Hiero-
solymam conscribentes à patre nomen nuptæ,
& antiquorum progenitorum, quicunque hu-
ius rei testimonia præbuêre. Si autem bella pro-
ueniant, sicut iam crebrò factum est, dum An-
tiochus Epiphanes ad nostram venisset regio-
nem, & Pompeius Magnus, & Quintilius Va-
rus, & præcipuè nostris gesta temporibus, tunc
hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis
literis iterum nouas conficiunt, & probant D
mulieres, quæ relinquuntur. Non enim ad ca-
ptiuas accedunt, alienigenarum consortia for-
midantes. Indicium verò integritatis hoc ma-
ximum est, quia pontifices apud nos à duo-
bus millibus annis denominati filij à patre cō-
scripti sunt. His autem qui prædicti sunt, si
quid præuaricentur, interdicitur ne vel ad al-
tare accedant, vel alia sanctificatione fungan-
tur. Rectè siquidem, potius autem necessariè,
cùm neque conscribendi potestas omnibus da- E
tà, neque vlla fit in descriptione discordia: sed
solummodo prophetis antiquissima quidem &
veterrima secundum inspirationem factam à
Deo cognoscentibus, alia verò suorum tem-
porum sicuti sunt facta palàm conscribenti-
bus, infiniti libri non sunt apud nos discor-
dantes & sibimet repugnantes: sed solummo-
do duo & viginti libri, habentes temporis
totius conscriptionem: quorum iustè fides
admittitur. F
Horum ergo, quinque quidem
sunt Moseos, qui natiuitates continent, &
humanæ generationis traditionem habent vs-
que ad eius mortem. hoc tempus de tribus
millibus annis paululum minus est. A morte
verò Moseos vsque ad Artaxerxem Persarum
regem, qui fuit post Xerxem, prophetæ suorum
temporum res gestas conscripserunt in tredecim
libris. Reliqui verò quatuor, hymnos in Deum
& vitæ humanæ præcepta noscuntur contine- G
re. Ab Artaxerxe verò vsque ad nostrum tem-
pus singula quidem conscripta, non tamē prio-
ri simili fide sunt habita, eo quod nō fuerit cer-
ta successio prophetarum. Palàm nāque est ipsis
operibus quemadmodum nos propriis literis

φεῖ ὑ τῆς ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τῷ αὐτῷ, ἐὰν
δὲ λέγειν εἰ καὶ πλείω τῆς εἰρημένων ἐποίησαν τῷ
θεῖ τὰς ἀναγραφὰς ὀπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ
τοῖς προφήταις τοῦτο προστάξαντες. καὶ ὡς μὲν τῆς
καθ' ἡμᾶς, χρόνων πεφύλακται μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, εἰ ὑ θαρσυνεῖν εἰπεῖν ἔτι φυλαχθήσε-
ται, πειράσομαι συντόμως διδάσκειν. οὐ γὰρ μό-
νον ἐξ ἀρχῆς ὅτι τούτοις τοὺς ἀείστους, καὶ τὴν θερα-
πείαν τοῦ θεοῦ προσεδρεύοντας κατέδησαν, ἀλλ' ὅ-
πως τὸ γένος τῆς ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρὸν ὑπάρχῃ,
προνοήσαν. δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης, ἐξ
ὁμοεθνοῦς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς
χρήματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμάς, ἀλλὰ
τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῆς ἀρχαίου λαμβάνοντα τῷ
διαδοχῷ, καὶ πολλοὺς ὡδαρχόμενον μαρτυ-
ρας. καὶ ταῦτα πεπράττομεν οὐ μόνον ἐν αὐτῇ ἰου-
δαίᾳ, ἀλλ' ὅπου ποτε σύστημα τοῦ γένους ἐστὶν ἡμῶν,
κἀκεῖ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τοὺς
γάμους. λέγω ὑ τοὺς ἐν ἀιγύπτῳ καὶ βαβυλῶνι, καὶ ἐπὶ
τῆς ἄλλης οἰκουμένης τοῦ γένους τῆς ἱερέων εἰσί τινες
διεσπαρμένοι. πέμπουσι γὰρ εἰς ἱεροσόλυμα συγγρά-
φαντες πατρόθεν τοὐνόμα, τῆς γεναμένων, καὶ τῆς ἐ-
πάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυρεῖν. πόλεμος
δ' εἰ κατάσχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις,
ἀντιόχου τε τοῦ ἐπιφανοῦς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόν-
τος, καὶ πομπηΐου μάγνου, καὶ κουιντιλίου βάρου,
μάλιστα ὑ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περι-
λειπόμενοι τῆς ἱερέων, καινὰ πάλιν ἐκ τῆς ἀρχαίων
γραμμάτων συνίστανται. καὶ δοκιμάζουσι τὰς ἐπιλειφθείσας γυναῖκας. οὐ γὰρ ἐπὶ τὰς αἰχμαλώτους γι-
νομένας προσίενται, πολλάκις γενόμενοι αὐτοῖς τῶν
πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι. τεκμήριον ὑ
μέγιστον τῆς ἀκριβείας. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν
ἀπὸ δισχιλίων ἔτῶν ὀνομάζονται παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσὶν
ἐν τοῖς ἀναγραφαῖς. τοῖς ὑ, τῆς εἰρημένων ὅσοιν γε-
νοῖτο εἰς ὠδάβασιν, ἀπηγόρευται μήτε βωμοῖς παρί-
στασθαι, μήτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἁγνείας. εἰκότως
οὖν μᾶλλον ὑ ἀναγκαίως, ἅτε μήτε τὸ ἀποστρέφειν αὐτεξούσιον πᾶσιν ὄντος, μήτε τινὸς ἐν τοῖς ἱερω-
θεῖσι ἐνεστῶσης ἀγνοίας, ἀλλὰ μόνων τῆς προφη-
τῆς τὰ μὲν αὐτόπτου ἐστὶ παλαιότατα, καὶ τῷ θεῖ
πνοίᾳ τῷ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαθόντων, τὰ ὑ καθ' ἑαυ-
τοὺς ὡς ἐγένετο παρῶς ἀναγραφόντων, ἀ μυριάδες βι-
βλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων. δύο
ὑ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τὰ πάντας ἔχοντα
χρόνου τῷ ἀναγραφῷ, τὰ δικαίως πιστευόμενα. καὶ
τούτων τίνα μὲν ἐστὶ μωϋσέως, ἃ τοὺς γενομένους πε-
ριέχει, ἐστὶ τῷ ἀπ' ἀνθρωπογονίας παραδοσιν, μέχρι
τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. ἐστὶ ὁ χρόνος ὀλίγον ἐλάττων τρισχιλίων
ἐτῶν. ἀπὸ ὑ τῆς μωϋσέως τελευτῆς, μέχρι τῆς
ἀρταξέρξου τοῦ μετὰ ξέρξου πεπρωκότος βασιλέως ἀρ-
χῆς, οἱ μὲν μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς συνε-
γράψαντα συνέγραψαν, ἐν τρισὶ ἐστὶ δέκα βιβλίοις. οἱ
ὑ λοιποὶ τέσσαρες ὕμνους εἰς τὸν θεὸν, καὶ τοῖς ἀνθρώ-
ποις ὑποθήκας τοῦ βίου προτείνουσιν. ἀπὸ ὑ ἀρταξέρ-
ξου μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου γεγράφθαι μὲν ἕκαστα
πίστεως ὑ οὐχ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ
τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῆς προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. δῆλον δ' ἐστὶν ἔργῳ πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι
πιστ-

πεπιστεύκαμεν. τοσούτου γὰρ αἰῶνος ἤδη παρωχηκότος, ὅτε προσθεῖναί τι τῶν, ὅτε ἀφελεῖν αὐτῶν, ὅτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν. πᾶσι καὶ σύμφυτον ὅτιν οὐδὶς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως ἰουδαίοις ὀνομάζειν αὐτὰ θεοῦ δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ περὶ αὐτῶν εἰ δέοι θνήσκειν ἡδέως. ἤδη δὲ πολλοὶ πολλάκις ἐώραντο τῶν αἰχμαλώτων, πρέβλας καὶ παντοίων θανάτων τόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἵνα εἶτα μηδὲν ῥῆμα προέλθοι παρὰ τοὺς νόμους καὶ τὰς μὴ τούτων ἀναγραφάς. ὅ τις αὖ ὑπομείνειν ἑλλήνων ἐπ' αὐτό. ἀλλ' οὐδὲ ἐπ' ἔτι, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανισθῆναι συγγράμματα, τὴν τυχοῦσαν ὑποστῆναι βλάβην. λόγοις γὰρ αὐτὰ νομίζουσιν εἶναι, καὶ τῶν γραφάντων βούλησιν ἐκφαίνοντας. καὶ τοῦτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιοτέρων φεύγουσιν, ἐπειδὴ, καὶ τῶν νῦν ἔνιοι ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγγράφειν, οἷς μήτ' αὐτοὶ παρεγένοντο, μήτε πυθέσθαι παρὰ τῶν εἰδότων ἐφιλοτιμήθησαν. ἀμέλει καὶ περὶ τοῦ γενομένου νῦν ἡμῖν πολέμου, τινὲς ἰσοείας ὑπογράψαντες ἐξεπλώχασιν, ὅτ' εἰς τοὺς τόπους παραγαλόντες, ὅτε πλησίον τούτων πραττομένων προσελθόντες· ἀλλ' ἐκ παρακουσμάτων ὀλίγα σωθέντες, τῷ τῆς ἰσοείας ὀνόματι λίαν ἐπαρδῶς ἐπεπαρείνησαν. ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ πολέμου παντὸς, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων, ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν ἐποιησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρατυχών. ἐπεπόνουν μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν γαλιλαίων ὀνομαζομένων, ἕως αὐτέχειν δυνατὸν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ ῥωμαίοις συλληφθεὶς αἰχμάλωτος. καί με δεῖ φυλακῆς ὑεσπασιανὸς καὶ τίτος ἔχοντες, ἀεὶ προσεδρεύειν αὐτοῖς ἠνάγκασαν, τὸ μὲν πρῶτον δεδεμένον. αὖθις δὲ λυθεὶς σωεπέμφθην ὑπὸ τὸν ἀλεξανδρείας τίτῳ, πρὸς τὴν ἱεροσολύμων πολιορκίαν. ἐν ᾧ χρόνῳ γενομένων τῶν πραττομένων ἐν ἔστιν, ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον τὸ ῥωμαίων ὁρῶν ὀπιμελῶς ἀνέγραφον, καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς σωίειν. εἶτα σχολῆς ἐν τῇ ῥώμῃ λαβόμενος, πάσης μοι τῶν παιδευμάτων ἐν παιδεύσει γεγυμνασμένος, χρησάμενος τοῖς πρὸς τὴν ἑλλήνιδα φωνὴν σωεργοῖς, ἅτινα ἐποιησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. τοσοῦτον δέμοι πρεσβῦς θάρσος τῆς ἀληθείας, ὡς τε πρώτους πάντων τοὺς αὐτοκράτορας τοῦ πολέμου γενομένους ὑεσπασιανὸν καὶ τίτον ἀξιῶσα λαβεῖν μάρτυρας. πρώτοις γὰρ δίδωμι τὰ βυβλία. καὶ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μὲν ῥωμαίων τοῖς συμπεπολεμηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ὑπέσχεσκον, ἀνδράσι καὶ τὴν ἑλληνικῆς σοφίας μετεχηκόσιν· ὧν ὅτιν ἰούλιος ἀρχέλαος, ἡρώδης ὁ σεμνότατος, αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς ἀγρίππας. ὅτοι μὲν οὖν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας προύχω ὀπιμελῶς, οὐ αὐ ὑποσειλάμενοι ἐσιωπήσαντες, εἴτε καὶ ἄγνοιαν, ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων, ἢ παρέλιπον. φαῦλοι δέ τινες ἄνθρωποι δεδάλλειν με τὴν ἰσοείαν ὑπεχειρήσασιν, ὥσπερ ἐν σχολῇ μειρακίων γύμνασμα φρενεῖσθαι νομίζοντες, κατηγορίας παραδόξου καὶ διαβολῆς. δέον ἐκεῖνο γινώσκειν, ὅτι δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν ὑπίσασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον. ὅπερ ἐγὼ μάλιστα

credimus: tanto namque seculo iam præterito neque adiicere quicquam aliquis, nec aufferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudæis, hæc diuina dogmata nominare, & in his vtique permanere: & propterea, si oporteat, mori libenter. Iam itaque multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt, & mortes varias in theatris sustinuêre, ne vllum verbum contra leges admitterent, aut conscriptiones auitas violarẽt. Quis Græcorum aliquid tale perpessus est? quando neque fortuitam sustinere læsionem volunt: licèt omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secundùm conscribentiũ voluntates exposita. Et hoc iustè etiam de antiquis sapiunt, quoniam aliquos nunc quoque vident præsumentes de his rebus conscribere, quibus neque ipsi interfuêre, neque credere scientibus acquiescunt. Denique de bello quod apud nos contigit nuper, quidam historias conscribentes ediderunt: cum neque ad ea loca venerint, neque in proximo rerum gestarum fuerint: sed ex auditu quædam pauca componentes, impudenter semetipsos videntur historiæ nomine iactitare. Ego verò & de omni bello, & quæ ibi particulariter gesta sunt, veram descriptionem feci: cùm ipse rebus omnibus interfuerim. Dux etenim apud nos Galilęorum eram, donec fuit defendendi facultas. Cõtigit autem vt caperer à Romanis: & habentes me Vespasianus & Titus in custodia, vniuersa semper inspicere faciebant, primò quidem vinctum: postea verò solutus cum Tito ab Alexandria propter obsessionem Hierosolymorum directus sum. Eo tempore nihil est gestum, quod meam potuisset latere notitiam. Nam videns Romanorum exercitum, vniuersa cum diligentia describebam. Et ea quæ nũciabantur ab his qui semetipsos tradebant, ego solus integriùs intelligens disponebam. Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni iam negotio præparato vsus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Græcam rerum eruditionem exhibui. Tantáque mihi securitas affuit veritatis, vt primos omnium Imperatores belli Vespasianum & Titum testes non expauescerem. Primum namque illis obtuli libros: & post illos multis quidem Romanorum qui bellis interfuêre, plurimis verò nostrorum etiam eos vęnundedi, qui Græca eruditione videbantur imbuti. quorum est Iulius Archelaus, Herodes honestissimus, & ipse admirabilis rex Agrippa. Isti siquidem vniuersi testimonium perhibuêre, quòd veritatem diligenter excolui: non dissimulaturi si quid gestorum per ignorantiam, aut per gratiam commutassem, aut prætermisissem. Quidam verò praui homines derogare meæ historiæ sunt conati, tanquam in scholis adolescentium themata exercentes, & accusationis insperatæ atque detractionis facientes opus: cùm oporteat illud sciri, quod conuenit promittentem aliis rerum veracium traditionem, ipsum prius hæc nosse certissimè, aut rebus gestis adhærendo, aut ab scientibus consulendo. Quod ego præcipuè

circa vtrumque me credo fecisse opus. Antiquitatis namque libros (sicuti dixi) ex voluminibus sacris interpretatus sum, cùm essem genere sacerdos, & participarem illarum sapientiam literarum. Historiam verò belli conscripsi, multarum quidem actionum ipse operator, plurimarum verò inspector existens & omnino eorum quæ dicta vel gesta sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo non procaces quilibet existimabit eos, qui aduersum me niituntur de veritate contendere? Qui licèt imperatorum commentarios legisse dicuntur, non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuêre. De his rebus itaque necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt. Et sufficienter, sicuti reor, declaraui, quòd conscriptio rerum apud Barbaros potius solemnior, quam apud Græcos est. Volo autem paululum priùs disputare aduersus eos, qui contendunt, nouellam esse nostram conuersationem, eo quòd nihil de nobis, vt aiunt illi, dictum sit à conscriptoribus Græcis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorum literis exhibebo: & eos qui nostrum blasphemant genus, nulla ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neque regionem maritimam habitamus, neque mercimoniis gaudemus, neque per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed nostræ ciuitates procul à mari sitæ sunt: regionémque vberrimam possidentes, in ea assiduè laboramus, præcipuè circa filiorum nutrimenta studentes, legúmque custodiam: & traditionem pietatis, totius opus vitæ necessarium iudicamus. Cùm accedat igitur his quæ prædicta sunt, etiam viuendi ratio propria, nihil fuit antiquis temporibus quod faceret nobis commercium Græcorum: sicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab eis exportantur: & ad eos rursus importantur: itémque habitatoribus Phœniciæ maritimæ, studentibus circa contractus, atque negocia amore pecuniæ requisita. Sed neque circa latrocinia, sicut quidam alij vacauêre, aut amplius hæc concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt, licèt regio nostra multa millia virorum fortium possideret. Phœnices ergo propter negociationem ad Græcorum prouinciam nauigantes, repente sunt agniti, & per illos Ægyptij, & omnes à quibus ad Græcos onera deuehebant, immensa maria proscindentes. Medi verò postea atque Persæ palàm in Asia regnauerunt, & vsque ad alteram continentem Persæ militauerunt: Traces autem propterea vicinitatem, & Scythæ ab his qui Pontum nauigant, cogniti sunt: & omnino vniuersi iuxta mare vel Orientale, vel hesperium habitantes, aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Qui verò superius habitabant, & procul à mari, multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse, quando de Romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestatem, tantáque bella conficiente: neque Herodotus, neque Thucydides, nec vllus qui fuit cum istis, fecit aliquam mentionem: sed serò tandem & vix ad Græcos

A περὶ ἀμφοτέρας νομίζω πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μετεκλώσθην, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους, καὶ μετὰ χειρὸς τὴν φιλοσοφίας τὴν ἐν ἐκείναις τοῖς γράμμασι. τὴν δὲ πολέμου τε ἱστορίαν ἔγραψα, πολλῶν μὲν αὐτουργὸς πραξέων, πλείων δὲ αὐτόπτης γενόμενος· ὅλως δὲ τῶν λεχθέντων καὶ πραχθέντων οὐδὸν ἀγνοήσας. πῶς οὖν οὐκ ἂν θρασεῖς τις νομίσαιτο, τοὺς ἀντα-
B γωνίζεσθαί μοι περὶ τῆς ἀληθείας ὑπεναντιουμένους. οἱ κἂν τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν λέγουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμούντων πράγμασι παρέτυχον. περὶ μὲν οὖν τούτων ἀναγκαίαν ἐποιησάμην τὴν παρέκβασιν, ὑπεσημηνάσθαι βουλόμενος τὴν ἐξουσίαν τῶν ἱστορίας συγγράφειν τὴν δυνάμενον. ἱκανῶς δὲ φανεροῦ ὡς οἶμαι πεποιηκώς, ὡς ὅτι πάτριος ἐστὶν ἡ περὶ τὰ παλαιὰ ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάροις μᾶλλον ἢ τοῖς ἕλλησιν.
C βούλομαι δὴ μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας νέαν ἡμῖν ὑποφαίνειν τὴν κατάστασιν, ἐκ τοῦ μηδὲν περὶ ἡμῶν ὡς φασὶν ἐκεῖνοι λελέχθαι παρὰ τοῖς ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν. εἶτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τοὺς βεβλασφημηκότας ἡμῶν τὸ γένος, ἀποδείξω λίαν ἐν τοῖς λόγοις βλασφημοῦντας. ἡμεῖς τοίνυν οὔτε χώραν οἰκοῦμεν παράλιον, οὔτ' ἐμπορίαις
D χαίρομεν, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους διὰ τούτων ὑπηξίαις. ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῖν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσης ἀνωκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμεναι, ταύτῃ ἐκπονοῦμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλοκαλοῦντες, καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς νόμους, καὶ τὴν καὶ τούτοις ὑποδεδομένην εὐσέβειαν, ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τοῦ βίου νομίζομεν. περισσὴν δὲ ἔνεστι τοῖς εἰρηναίοις καὶ περὶ τὸν βίον ἡμῖν ἰδιότητος,
E οὐδὲν ἔνεστι τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς ἕλληνας ἡμῖν ὑπηξίαν, ὥσπερ αἰγύπτιοις μὲν τὰ παρ' αὐτοῖς ἐξαγόμενα, καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὰ παράλιον τῆς φοινίκης κατοικοῦσιν, οἱ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς ἐμπορίας σπουδή, διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν. οὐ μὴν οὐδὲ πρὸς λῃστείας ὥσπερ ἄλλοι τινές, οὐ τὸ πλέον ἔχειν ἀξιοῦν, πολεμοῦντες ἐτράπησαν ἡμῖν οἱ πατέρες, καί τοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχούσης μυριάδας ἀνδρῶν ἀκμαίων. διὰ τοῦτο φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορείαν τοῖς ἕλλησιν ἐπεισπλέοντες οὐδὲν ἐγνώσθησαν· οἱ δὲ ἐκείνων αἰγύπτιοι, καὶ πάντες, ἀφ' ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς ἕλλησι διεκόμιζον, μεγάλα πελάγη διαιρούντες. μηδὲν δὲ μὴν ταῦτα καὶ πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν, τῆς ἀσίας ἐπάρξαντες. οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἠπείρου πέρσαι στρατεύσαντες. θρᾶκες δὲ διὰ γειτονίαν, καὶ τὸ σκυθικὸν ὑπὸ τῶν
G εἰς τὸν πόντον ἐγνώσθη πλείστων. ὅλως δὲ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον κατοικοῦντες, τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. οἱ δὲ ταύτης ἄνω τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ὑπόπλεῖστοι ἠγνοήθησαν. καὶ τοῦτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν ἀνώτερον συμβεβηκός, ὅπου γε τῆς ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην μακρὰν δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πρᾶξις καὶ τοσαύτας πολεμικὰς, οὔθ' ὁ ἡρόδοτος, οὔθ' ὁ θουκυδίδης, οὔτε τῶν ἅμα τούτοις γενομένων οὐδὲ εἷς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὀψέποτε καὶ μόλις αὐτοὶ εἰς τοὺς ἕλλησι

ἡ γνῶσις

ἡ γνῶσις διεξῆλθεν. περὶ μὲν δὴ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων ὅσους ἠγνόησαν οἱ δοκοῦντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἔστιν Ἔφορος, ὡς τε πόλιν οἴεται μίαν εἶναι τοὺς Ἰβήρας, τοὺς τοσοῦτο μέρος τῆς ἑσπερίου γῆς κατοικοῦντας. καὶ τὰ μήτε γιγνόμενα παρ' αὐτοῖς ἔθη μήτε λεγόμενα γράφειν, ὡς σκείνων αὐτοῖς χρωμένων ἐτόλμησαν. αἴτιον δὲ τοῦ μὲν μὴ γινώσκειν τἀληθὲς, τὸ λίαν ἀνεπιμελῶς. τοῦ δὲ γράφειν ψευδῆ, τὸ βούλεσθαι δοκεῖν τι πλέον τῶν ἄλλων ἱστορεῖν. πῶς οὖν ἔτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μηδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος πολλοῖς ἐγνώσκετο, μηδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι μνήμης ἀφορμὴν παρέχειν, ὅτου μὲν ἀπωκισμένου τῆς θαλάσσης, ὅτου δὲ βιοτεύειν πεφυκότος. φέρε τίνων ἡμᾶς ἀξιοῦν τεκμηρίῳ χρήσασθαι περὶ τῶν ἑλλήνων, ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γένος, τῷ μηδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι. ἆρ' οὐχὶ πάντες ἂν κατεγέλων, αὐτὰς οἶμαι τὰς ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰρημένας κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἐν τοῖς πλησιοχώροις παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαιότητος. κἀγὼ τίνων πειράσομαι τοῦτο ποιεῖν. αἰγυπτίοις γὰρ καὶ φοίνιξι μάλιστα δὴ χρήσομαι μάρτυσιν, ἐκ δή τινος ὡς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυνηθέντος. φαίνονται γὰρ καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διαπεφοιτηκότες, κοινῇ μὲν ἅπαντες αἰγύπτιοι, φοινίκων δὲ τύριοι. περὶ μὲν τοι χαλδαίων οὐκέτι δυνάμαι ἐν ταὐτὸ τοῦτο λέγειν, εἴπερ καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγοὶ κεῖνοί εἰσι κατ' ἐμὲ, καὶ διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγραφαῖς ἰουδαίων μνημονεύουσιν. ὅταν δὲ τὰς περὶ τούτων πίστεις παράσχω, τότε καὶ τῶν ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τοὺς μνήμην ἰουδαίων πεποιηκότας, ἵνα μηδὲ ταύτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι κατὰ πρὸς ἡμᾶς ἀπολογίας. ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' αἰγυπτίοις γραμμάτων, αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε παραπίθεσθαι κἀκείνων. μανεθὼν δ' οὗ τὸ γένος ἀνὴρ αἰγύπτιος, τῆς ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι, γέγραφε γὰρ ἑλλάδι φωνῇ τινὰ πάτριον ἱστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερέων ὡς φησιν αὐτὸς μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. αὐτὸς δὲ τίνων ὁ μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει. παραθήσομαι δὲ τινὰ λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν σκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα. ἐβασίλευε βασιλεὺς ἡμῶν, τίμαιος ὄνομα. ἐπὶ τούτου ἐκ οἶδ' ὅπως ὁ θεὸς ἀπέπνευσε· καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἁμαχητὶ ταύτῃ κρατοῦς εἷλον. καὶ τοὺς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρωσάμενοι, τὸ λοιπὸν τάς τε πόλεις ὠμῶς ἐνέπρησαν, καὶ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν κατέσκαψαν. πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις ἐχθεστατά πως ἐχρήσαντο, τοὺς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς δουλείαν ἄγοντες. πέρας δὲ καὶ βασιλέα ἕνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν σάλατις. καὶ οὗτος ἐν τῇ μεμφίδι κατῴκει, τινά τε ἄνω καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ φρουρὰν ἐν τοῖς ἐπιτηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἐσφαλίσατο μέρη, προορώμενος ἀσυρίων ποτὲ μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῶν βασιλείας ἔφοβον. εὑρὼν δὲ ἐν νομῷ τῷ σαΐτῃ πόλιν ἐπικαιροτάτην, κειμένην πρὸς ἀνατολὴν

A potuit eorum venire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic ignorauêre hi, qui putantur diligentissimi conscriptores, quorum est Ephorus, vt vnam ciuitatem esse arbitrarentur Iberos, qui tantam partem Occidentalis terræ noscuntur inhabitare. Et mores eorum, qui neque fiunt apud eos, neque dicuntur, referunt. Causa verò ignorantiæ veritatis est, quòd procul abessent: vt autem falsa conscriberent,

B quòd vellent videri aliquid ampliùs quàm alij retulisse. Quomodo ergo mirari decet, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam dedit occasionē, & ita dissita procul à mari, & talibus institutis viuens? Pone igitur nos argumento vti velle Græcorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quòd nihil in nostris voluminibus de eis sit dictum: nónne omnino deridebunt causas huiusmodi à me prolatas, & testes vicinæ regionis adducent antiquitatis suæ? Igitur & ego hoc conabor efficere. Ægyptiis e-

C nim & Phœnicibus præcipuè testibus vtar, cum nullus eorum potuerit tanquam falsum accusare testimonium. Et videntur maximè erga nos iniqui in communi quidem omnes Ægyptij, Phœnicum verò Tyrij. De Chaldæis autem nequaquam hoc dicere potero, quoniam & generis nostri principes constituti sunt, & propter cognationem in conscriptionibus suis meminêre Iudæorum. Cùm ve-

D rò fidem de his præbuero, & blasphemias falsas ostendero, tunc etiam Græcorũ conscriptores memorabo, qui Iudæorum fecêre mentionem: vt neq; huiusmodi occasio relinquatur in Iudæis nobis faciendæ contentionis. Inchoabo autem plurimum à literis Ægyptiorum, quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaque genere vir Ægyptius, Græca disciplina eruditus, sicuti palàm est (scripsit enim sermone Græco) paternæ religionis historiam ex sacris (sicuti ait ipse) interpretatus libris, frequenter arguit Herodotum,

E Ægyptiacis ignoratione mentitum. Is Manethon in secundo Aegyptiacorum hæc de nobis scripsit. Ponam verò etiam verba eius, tanquam illum ipsum adducens testem. Fuit nobis rex, Timans nomine. sub hoc nescio quomodo Deus iratus fuit: & præter spem ex partibus Orientalibus homines, genere ignobiles, adepta fiducia in prouincia castra metati sunt. Et facilè ac sine bello eam potentérq; ceperũt: & principes eius alligantes, de cætero ciuitates crudeliter incendêre: & deorum templa euertêre.

F Erga omnes verò prouinciales inimicissimè se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum verò & filios & coniuges in seruitutem redigentes: nouissimè verò & vnum ex se fecêre regem, cui nomen Saltis. Hic enim Memphidem veniens, superiore, inferiorèque prouincia tributaria facta, præsidia relinquens opportunis locis, maximè partes muniuit Orientales, prospiciens quòd Assyrij aliquanto potentiores, erant desideraturi regnum eius inuadere. Inueniens autem in præfectura Saite ciuitatem opportunissimam, positam ad Orientem

Bubastis fluminis, quæ appellabatur à quadam antiqua theologia Auaris, hanc fabricatus est, & muris maximis communiuit, collocans ibi multitudinem armatorum, vsque ad ducenta quadraginta millia virorum eam custodientium. Hic autem messis tempore veniebat, tam vt frumenta meteret, & mercedes exolueret, quàm vt armatos ad terrorem extraneorum diligenter exercitaret. Qui cùm regnasset decemnouem annis, vita priuatus est. Post hũc autem regnauit alter quatuor & quadraginta annis, Bæon nomine. Post quem alius Apachnas, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, vnum & sexaginta & Ianias quinquaginta & mense vno. Post omnes autem Assis nouem & quadraginta, & mensibus duobus. Et isti quidem sex apud eos fuêre primi reges, debellantes semper, & maximè Aegypti radicem amputare cupientes. Vocabatur autem gens eorum Hycsos, hoc est, reges pastores. Hyc enim secũdùm sacram linguam, regem significat: Sos verò pastorem siue pastores, secundùm communem dialectum: & ita compositum inuenitur Hycsos, quidam verò dicunt eos Arabas esse. In aliis autem exemplaribus non reges significari comperi per appellationem. Hyc, sed è diuerso captiuos declarari pastores Hyc enim Aegyptiaca lingua, & hac quando denso sono profertur, captiuos apertè significat: & hoc potius verisimile mihi videtur, & historiæ antiquæ conueniens. Hos ergo quos prædiximus reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuêre, obtinuisse Aegyptum ait annis vndecim & quingentis. Post hæc autem regum Thebaidis & Aegypti reliquæ factam dicit super pastores inuasionem, & bellum maximum & diuturnum eis illatum. Sub rege verò cui nomen erat Alisfragmuthosis, victos dicit pastores, & aliam quidem vniuersam Aegyptum perdidisse: inclusos autem in locum habentem mensuram iugerum decem millium, cui loco nomen est Auaris. Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atque robustissimo circundedisse pastores, quatenus & omnem possessionem munitam haberent, simul & prædam suam. Filium verò Alisfragmuthoseos Themosin conatum eos vi expugnare, cum quadringentis octoginta millibus armatorum eorum muros obsedisse. Cum verò obsidium desperasset, pacta cum eis fecisse, vt Aegyptum relinquentes, quò vellent innoxij omnes abirent. Illos verò his promissionibus impetratis, cum omni domo & possessionibus non minus ducenta quadraginta millia numero, ex Aegypto per desertum in Syriam iter egisse: & metuentes Assyriorum potentiam (tunc enim illi Asiam obtinebant) in terra quæ nunc Iudæa vocitatur, ciuitatem ædificasse, quæ tot millibus hominum sufficerè posset, eámque Hierosolymam vocitasse. In alio verò quodam libro Aegyptiacorũ Manethon hanc ipsam gentẽ, id est, qui vocitabantur pastores, in sacris suorum libris captiuos ascriptos rectissimè dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat: & pascualem habentes vitam, vocabantur

A τῦ βεβασίτου ποταμῦ, καλεμένου δὴ ὑπὸ τῦ ἀρχαίας θεολογίας ἄβαριν, ταύτην ἔκτισέ τε, καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτοις ἐποίησεν ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πλῆθος ὁπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς φυλακήν. ἐν ἀδὲ κατὰ θέρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρεχόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἔξωθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. ἄρξας δὲ ἐνιαυτοὺς δέκα ἔτι τὸν βίον ἐτελεύτησεν. μετὰ τοῦτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσεν, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη· καλούμενος βαών. μεθ' ὃν ἄλλος ἀπαχνᾶς, ἓξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτά, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπαφις, ἓν καὶ ἑξήκοντα, καὶ ιανίας πεντήκοντα καὶ μῆνα ἕνα, ὅτι πᾶσι δὲ καὶ ἀσσις ἐννέα καὶ τεσσαράκοντα καὶ μῆνας δύο, καὶ ἔτοι μὲν ἓξ ἐν αὐτοῖς ἐγένοντο πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμοῦντες ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς αἰγύπτου ἐξαρᾶν τὴν ῥίζαν. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ ἔθνος ὑκσός. τοῦτο δὲ ὅτι βασιλεῖς ποιμένες. τὸ γὰρ ὑκ κατ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ σὼς ποιμένα ὅτι καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον. καὶ ὅτου σωνθέμενον γίνεται ὑκσός. τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς ἀράβας εἶναι. ἐν δὲ ἄλλοις ἀντιγράφοις οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τοῦ ὑκ προσηγορίας ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. τὸ γὰρ ὑκ πάλιν αἰγυπτιαστὶ καὶ τὸ ἀκουσθὲν ἀμφίβολον, αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει, καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. τούτους τοὺς προκατονομασθέντας βασιλέας τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, κρατῆσαι δὲ αἰγύπτου φησὶν ἐπὶ πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἔνδεκα. μετὰ ταῦτα δὲ τῶν ἐν θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπανάστασιν ὅτι τοὺς ποιμένας καὶ πόλεμον αὐτοῖς συρραγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. ὅτι δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα ἦν) ἀλισφραγμούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς ποιμένας ὑπ' αὐτοῦ, ἐν μὲν τῆς ἄλλης αἰγύπτου πάσης ἐκπεσεῖν, καταπλεισθῆναι δὲ εἰς τόπον, ἀριθμὸν ἔχοντα μυρίων τῶν ἑξήκοντα, ἄβαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. τοῦτον φησὶν ὁ μανεθὼν ἅπαντα, τείχει τε μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς ποιμένας, ὅπως τῶν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ὀχυρῷ, καὶ τῶν λείαν τῶν ἑαυτῶν. τὸ δὲ ἀλισφραγμουθώσεως υἱὸν θέμασιν, ὁπλιχειρήσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἁλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τετρακόσια μυριάσι σφᾶς περιβάλοντα τοῖς τείχεσιν. ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας ἀπείγοι, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τῶν αἰγύπτου ἀπελθόντες, ὅσοι βέλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. τοὺς δὲ ὅτι ταῖς ὁμολογίαις πανοικεσία μὴ τῶν κτήσεων τὰ ἐλάττους μυριάδων ὄντων εἴκοσι καὶ τετρακόσιαι ἀπὸ τῆς αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς συρίαν ὁδοιπορῆσαι. φοβουμένους δὲ τὴν ἀσσυρίων δυναστείαν, τότε γὰρ ἐκείνους τῆς ἀσίας κρατεῖν, ἐν τῇ νῦν ἰουδαίων καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι. ἐν ἄλλῃ δέ τινι βύβλῳ τῶν αἰγυπτιακῶν μανεθὼν τοῦτο φησὶν, ἔθνος τοὺς καλουμένους ποιμένας αἰχμαλώτους, ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βύβλοις γεγράφθαι, λέγων ὀρθῶς. καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον, οὕτως ἐκαλοῦντο ποιμε-

ποιμένες. αἰχμάλωτοί τε πάλιν ἐκ ἀλόγως ὑπὸ τῆς A
αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδὴ περ ὁ πρόγονος ἡμῶν
ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῆς αἰγυπτίων
αἰχμάλωτον εἶναι, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὴν αἴγυπτον
ὕστερον μετεπέμψατο, τοῦ βασιλέως διαβεβαιουμένου.
ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν
ἀκριβεστέραν. νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης
ἐπιδείξομαι τοῖς αἰγυπτίοις μάρτυρας. πάλιν οὖν
τὰ τοῦ μανεθῶνος πῶς ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τά- B
ξιν ὑπογράψω. φησὶ δὲ οὕτω. μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐξ
αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς ἱεροσόλυμα, ὁ κρα-
τήσας αὐτοῖς ἐξ αἰγύπτου βασιλεὺς, τέθμωσις, ἐβα-
σίλευσε μετὰ ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας τέσ-
σαρας, καὶ ἐτελεύτησε, καὶ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν
αὐτοῦ ὁ υἱὸς χέβρων ἔτη δεκατέσσαρα. μετ' ὃν ἀμενῶφις
εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά, τοῦ δὲ ἀδελφὴ, ἀμεσσὴς εἰκο-
σιέν καὶ μῆνας ἑννέα. τῆς δὲ μήφρης, δώδεκα καὶ μῆ- C
νας ἑννέα, τοῦ δὲ μηφραμούθωσις, εἴκοσι πέντε καὶ
μῆνας δέκα, τοῦ δὲ θμοῦσις, ἑννέα καὶ μῆνας ὀκτώ,
τοῦ δ' ἀμενῶφις τριάκοντα καὶ μῆνας δέκα, τοῦ δὲ
ὦρος, τριακονταέξ καὶ μῆνας πέντε. τοῦ δὲ ἀκεγ-
χερὴς, δώδεκα καὶ μῆνα ἕνα. τῆς δὲ ῥάθωσις ἀ-
δελφὸς, ἑννέα, τοῦ δὲ ἀκεγχέρης, δώδεκα καὶ μῆνας
πέντε, τοῦ δὲ ἀκεγχέρης ἕτερος δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς,
τοῦ δὲ ἁρμαΐς τέσσαρα καὶ μῆνα ἕνα, τοῦ δὲ ῥαμέσσης,
ἓν καὶ μῆνας τέσσαρας, τοῦ δὲ ἀρμέσσης μια- D
μοῦν ἑξηκονταέξ καὶ μῆνας δύο, τοῦ δὲ ἀμενῶφις δε-
καεννέα καὶ μῆνας ἕξ, τοῦ δὲ σέθωσις καὶ ῥαμέσσης,
ἱππικὸν καὶ ναυτικὸν ἔχων, δύναμιν. οὗτος
τὸν μὲν ἀδελφὸν ἁρμαῖν ἐπίτροπον τῆς αἰγύπτου κα-
τέστησεν, καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν
ἐπιέθησαν ἐξουσίαν, μόνον δὲ ἐνετείλατο διάδημα
μὴ φορεῖν, μηδὲ τὴν βασίλισσα μητέρα τε τῶν τέ-
κνων ἀδικεῖν· ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν E
παλλακίδων. αὐτὸς δὲ ἐπὶ κύπρον καὶ φοινίκην, καὶ
πάλιν ἀσσυρίους τε καὶ μήδους στρατεύσας ἅπαντας,
τοῖς μὲν δόρατι, τοῖς δ' ἀμαχητὶ φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς
δυνάμεως ὑποχειρίους ἔλαβε. καὶ μέγα φρονήσας
ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ θαρσαλεώτερον ἐπορεύ-
ετο, πάς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας καταστρε-
φόμενος. χρόνῳ τε ἱκανῷ γεγονότος, ἁρμαῖς ὁ καταλε-
φθεὶς ἐν αἰγύπτῳ, πάντα τοὐμπαλιν, οἷς ἀδελφὸς πα- F
ρῄνει μὴ ποιεῖν ἀδεῶς ἔπραττεν. καὶ δὴ τὴν βασιλίδα
βιαίως ἔχει, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν ἀφειδῶς δια-
τέλει χρώμενος· πειθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων διά-
δημα ἐφόρει, καὶ ἀπῄρε τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ τεταγμένος
ἐπὶ τῶν ἱερέων τῆς αἰγύπτου, γράψας βυβλίον ἔπεμ-
ψε τῷ σεθώσει δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀπῄρεν ἀ-
δελφὸς αὐτοῦ ἁρμαῖς. τοῦτο δὲ χρῆμα οὐκ ὑπέστρεψεν εἰς
πηλούσιον, καὶ ἐκράτησεν τῆς ἰδίας βασιλείας. ἡ δὲ
χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος αἴγυπτος. λέγει
γὰρ ὅτι ὁ μὲν σέθωσις ἐκαλεῖτο αἴγυπτος, ἁρμαῖς δὲ
ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ δαναός. ταῦτα μὲν ὁ μανεθών. δῆ-
λον δέ ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων ἐνιαυτῶν, τοῦ χρόνου συλλο-
γισθέντος, ὅτι οἱ καλούμενοι ποιμένες ἡμέτεροι
πρόγονοι, τρεῖς καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακόσιοι πρό-
θεν ἔτεσιν, ἐκ τῆς αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες, τὴν χώραν
ταύτην ἐπῴκησαν, ἢ δαναὸν εἰς ἄργος ἀφικέσθαι· καί τοι τοῦτον ἀρχαιότατον ἀργεῖοι νομίζουσι. δύο δίνων

ita pastores. Sed & captiui non temere ab Ægyptiis dicti sunt: quoniam progenitor noster Ioseph dixit ad regem Ægyptiorum, se esse captiuum: & fratres in Ægyptum posterius euocauit, rege præcipiente. Sed de his quidem in aliis examinationem subtilius faciemus. Nunc autem huius antiquitatis producam testes Ægyptios, rursúmque quomodo se habent verba Manethonis circa ordinem temporum apertè describam: sic enim ait: Postquam egressus est ex Ægypto populus pastorum Hierosolymam, expulsor eorum rex Themosis regnauit post hæc annis vigintiquinque, & mensibus quatuor, & defunctus est. Assumpsit regnum filius Chebron annis tredecim, post quem Amenophis viginti & mensibus septem, huius autem soror Amesses annis viginti vno, & mensibus nouem, Mephres autem duodecim, & mensibus nouem, Mephramantosis vigintiquinque, & mensibus decem. Thmosis autem nouem, & mensibus octo. Amenophis verò triginta, & mensibus decem. Orus verò triginta sex, & mensibus quinque. Huius autem filia Acencheres, duodecim, & mense vno. Rathoris verò frater nouem. Acencheres autem duodecim, mensibus quinque. Acencheres alter duodecim, & mensibus tribus. Armais verò quatuor, & mense vno. Armesis autem vno, & mensibus quatuor. Armesesmianum verò sexaginta sex, & mensibus duobus. Amenophis nouemdecim, & mensibus sex. Sethosis autem equestres & nauales copias habens, fratrem quidem Armain procuratorem Ægypti constituit, & omnem ei aliam regalem contulit potestatem, tantummodo autem diademate vti prohibuit, & ne reginam matrem liberorum opprimeret imperauit, & vt abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis. Ipse verò ad Cyprum & Phœnicen, & rursus contra Assyrios atque Medos castrametatus, vniuersos quidem alios ferro, alios sine bello terrore magnæ virtutis sibimet subiugauit. his verò felicitatibus eleuatus confidentius incedebat, Orientales vrbes ac prouincias subuertendo, multóque tempore procedente Armais, qui in Ægypto fuerat derelictus, omnia contra quàm frater agere monuerat, sine timore faciebat. Nam & reginam violenter abiecit, & aliis concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: : persuasúsque ab amicis & diademate vtebatur, & fratri rebellabat. Is verò qui constitutus erat super sacra Ægyptia, codicillos Sethosi misit, cuncta significans, & quia rebellaret eis suus frater Armais. Qui repente ad Pelusium destinauit, & proprium tenuit regnum. Prouincia verò vocata est ex eius nomine Ægyptus. Dicit enim quod Sethosis Ægyptus vocabatur, Armais autem frater eius Danaus. Hæc quidem Manethon. Palàm verò est, ex prædictis annis tempore computato, quod qui vocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Ægypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouinciam inhabitauêre quàm Danaus ad Argos accederet: licèt hunc antiquissimum Argiui esse confidãt. Duas igitur res

Manethon maximas pro nobis Ægyptiis literis protestatus est: primam quidem, quia aliunde venerunt ad Ægyptum: deinde egressum eorum exinde, ita temporibus antiquissimum, vt penè mille annis bellum præcedat Iliacum. Ea verò quæ Manethon non ex Ægyptiis literis, sed (sicut ipse confessus est) ex fabulis quorundam sine nomine, adiecit, postea particulariter redarguam, ostendens ea sine verisimilitudine esse mendacia. Sed volo ab istis rursus migrare ad ea, quæ apud Phœnicas de nostro genere conscripta sunt, & eorum testimonio declarata. Sunt itaque apud Tyrios multorum annorum publicæ literæ, & conscriptiones diligentissimè custoditæ, ex his quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur, quæ tamen memoria digna sunt. Inter hæc ergo conscriptum est, quia in Hierosolymis ædificatum est templum à Salomone rege, ante annos centum quadragintatres, & menses octo, quàm Tyrij Carthaginem condidêre. Descripta verò est apud illos constructio templi nostri. Hiramus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Salomonis, paternis amicitiis ei deuinctus. Is ergo munificentiam suam exhibens ad claritatem fabricæ, præbuit Salomoni auri quidem viginti & centum talenta: incidénsque pulchertimam syluam in monte, qui Lybanus nuncupatur, ad cameram destinauit ei. Quem redonauit Salomon & aliis multis rebus, & terra Galilææ regionis, quæ Zabulon vocatur. Præcipuè autem ei amicitiam sapientiæ concupiscentia conciliauit. Problemata enim soluenda alterutris dirigebant, & melior in his Salomon erat, & in aliis sapientior apparebat. Hactenus vero seruantur apud Tyrios epistolæ multæ, quas illi scripsêre ad inuicem. Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phœnicum historia integerrimus approbatus est. Is igitur in Phœniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic partis Orientalis ciuitates ampliauit, vrbem potiorem fecit: & Olympij Iouis templum, quod in insula situm erat, iactis aggeribus vrbi adiunxit: & aureis anathematibus exornauit. Ascendens autem in Lybanum, syluas incidit ad templorum ædificationem. Regem verò Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo, adiecto vt qui non posset discernere, pecuniam soluenti persolueret: confessúmque Hiramum, non se posse soluere propositas quæstiones, multis pecuniis mulctatum. Deinde Abdemonum quendam, virũ Tyrium, propositas soluisse quæstiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solueret Salomon multas rursus pecunias Hiramo regi conferret. Dius igitur hoc modo de prædictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam Menandrum quoque Ephesium. Is enim singulorum regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex prouincialibus vniuscuiusque loci literis, historiæ veritatem pandere. Scribẽs enim de his,

A ὁ μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῆς παρ' αἰγυπτίοις γεγραμμένων. πρῶτον μὲν ὅτι ἑτέρωθεν ἀφίξιν εἰς αἴγυπτον, ἔπειτα ὃ τῷ ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, ὅτι πολὺς ἀρχαῖος τοῖς χρόνοις, ὡς ἐγγύς που πρὸ τῆς αὐτῷ τῆς ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. ὧν δὴ ὁ μανεθὼν ἃ ἐκ τῆς παρ' αἰγυπτίοις γεγραμμένων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδεσπότοις μυθολογουμένων πρὸς ἔθηκεν, ὕστερον ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδείκνυς τῷ ἀπίθανον αὐτῶν ψευδολογίας. βούλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν, ὅτι τὰ παρὰ τοῖς φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τῶν γένους ἡμῶν, καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παρέχειν. ἔστι τοίνυν παρὰ τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημόσια γεγραμμένα, καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἀκριβῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γινομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πεπραγμένων μνήμης ἀξίων. ἐν τούτοις γέγραπται, ὅτι ἐν ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ναὸς ὑπὸ σολομῶνος τοῦ βασιλέως, ἔτεσι θ᾽ᾶτον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶν, καὶ μησὶν ὀκτὼ, τοῦ κτίσαι τυρίους καρχηδόνα. ἀναγέγραπται δὲ παρ' ἐκείνοις καὶ τοῦ ναοῦ κατασκευὴ τοῦ παρ' ἡμῖν. ἕιρωμος γὰρ ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς, φίλος ὢν τοῦ βασιλέως ἡμῶν σολομῶνος, πατρικὸν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διαδεδεγμένος. αὐτὸς οὖν συμφιλοτιμούμενος εἰς τὸ κατασκεύασμα τῷ σολομῶνι λαμπρότητα, χρυσὸν μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα· τεμὼν δὲ καλλίστην ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους, ὃ καλεῖται λίβανος, εἰς τὸν ὄρθρον ἀπέστειλεν. αὐτεδωρήσατο δὲ αὐτῷ ὁ σολομὼν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ γῆ κατὰ χώραν τὴν γαλιλαίας ἐν τῇ ζαβουλῶν λεγομένῃ. μάλιστα δὲ αὐτοῖς εἰς φιλίαν τῆς σοφίας συνῆγεν ἐπιθυμία. προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις αὐτοπρέσβεσιν λύειν κελεύοντες, ἐκρείττων ἐν τούτοις ἦν ὁ σολομὼν καὶ πάντα σοφώτερος. σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. ὅτι δὲ ἀλόγως ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενος, ὁ περὶ τῶν παρὰ τοῖς τυρίοις γραμμάτων, παραθήσομαι μάρτυρα δίον, ἀνδρα περὶ τὴν φοινίκην ἱστορίαν ἀκριβῆ γενόμενον πιστὸν. οὗτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον. ἀβιβάλου τελευτήσαντος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἕιρωμος ἐβασίλευσεν. οὗτος τὰς πρὸς ἀνατολὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκε, καὶ τοῦ ὀλυμπίου διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. ἀναβὰς δὲ εἰς τὸν λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. τὸν δὲ τυραννοῦντα ἱεροσολύμων σολομῶνα πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν ἕιρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν. τὸν δὲ μὴ δυνηθέντα διακρῖναι, τῷ λύσαντι χρήματα ὑποτίνειν. ὁμολογήσαντα δὲ τὸν ἕιρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λύσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ὀφειλόμενον ἀναλῶσαι. εἶτα δὴ ἀβδήμονός τινα τύριον ἄνδρα τὰ προτεθέντα λύσαι· καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν σολομῶνα, πολλὰ τῷ ἕιρώμῳ προσαποτίσαι χρήματα. δίος μὲν ὅτι περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν. ἀλλὰ πρὸς τούτῳ παραθήσομαι μένανδρον τὸν ἐφέσιον. γέγραφε δὲ καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστου βασιλέων πράξεις παρὰ τοῖς ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἱστορούμενας, ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων πουδάσας τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. γράφων δὴ περὶ τῶν

B C D E F G

βα-

βασιλεύσαντος ἐν τύρῳ, ἔπειτα ἐλθόμενος κατὰ τὸν ἕρωμον, ταῦτα φησί, τελευτήσαντος δὲ ἀβιβάλου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἕρωμος, βιώσας ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα. οὗτος ἔχωσε τὸν εὐρύχωρον. τόν τε χρυσοῦν κίονα τὸν ἐν τοῖς τοῦ διὸς ἀνέθηκεν. ἔπειτα ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν, ἀπὸ τοῦ λεγομένου ὄρους λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας, καθελών τε τὰ ἀρχαῖα ἱερά, καινοὺς ναοὺς ὠκοδόμησεν. τότε τοῦ ἡρακλέους καὶ τῆς ἀστάρτης τέμενος ἀνέρρυσεν. καὶ τὸ μὲν τοῦ ἡρακλέους πρῶτον ἐποιήσατο ἐν τῷ περιτίῳ μηνὶ, εἶτα τὸ τῆς ἀστάρτης, ὁπότε τυροῖς ἐπεστράτευσεν, μὴ ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους. οὓς δὲ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. ὑπὸ τούτων δὲ τῆς νῦν ἀβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς εἰκῇ τὰ προβλήματα, ἃ ἐπέστατο σολομὼν ὁ ἱεροσολύμων βασιλεύς. ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τούτου τοῦ βασιλέως ἄχρι τῆς καρχηδόνος κτίσεως οὕτως. τελευτήσαντος ἑιρώμου διεδέξατο τὴν βασιλείαν βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. μετὰ τοῦτον ἀβδάστρατος ὁ αὐτοῦ υἱὸς βιώσας ἔτη εἴκοσι εἰνία, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰνία. τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες δολοφονεύσαντες ἀπώλεσαν. ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο. μεθ' οὓς ἄστρατος ὁ δελεασάρτου. ὃς βιώσας ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. μετὰ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀστάρυμος βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰνία. οὗτος ἀπώλετο ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ φέλητος. ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἦρξεν μηνῶν ὀκτὼ, βιώσας ἔτη πεντήκοντα. τοῦτον ἀνεῖλεν εἰθώβαλος ὁ τῆς ἀστάρτης ἱερεύς, ὃς βασιλεύσας ἔτη τριακονταδύο, ἐβίωσεν ἔτη ἑξηκοντατοκτώ. τοῦτον διεδέξατο βαδέζωρος υἱὸς, ὃς βιώσας ἔτη τεσσαρακοντατέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ. τούτου διάδοχος γέγονε μάττηνος ὁ υἱός. ὃς βιώσας ἔτη τριακονταδύο, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰνία. τούτου διάδοχος γέγονε πυγμαλίων. βιώσας δὲ ἔτη πεντηκοντατέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαρακοντατέσσαρα. ἐν ᾧ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ φυγοῦσα, ἐν τῇ λιβύῃ πόλιν ὠκοδόμησε καρχηδόνα. συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς ἑιρώμου βασιλείας, ἄχρι καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ρνε μῆνες κ. ἐπεὶ ᾗ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς ἑιρώμου βασιλείας ἐν ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ὁ ναός. γέγονεν οὖν ἀπὸ δὲ οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι καρχηδόνος κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τεσσαρακοντατρία, μῆνες ὀκτώ. τί δὲ οὐδὲ φοινίκων μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω. βλέπετε γὰρ τἀληθὲς ἰσχυρῶς ὡμολογημένον. καὶ πολὺ δήπου προάγει τῆς τοῦ νέω κατασκευῆς, ἡ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἄφιξις. ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν τεὼν κατεσκεύασαν, καὶ ταῦτα σαφῶς ἐξ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμοῦ δεδήλωται διὰ τῶν ἀρχαιολογίας. λέξω ᾗ νῦν ἤδη τὰ παρὰ χαλδαίοις ἀναγεγραμμένα καὶ ἱστορούμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ πρὸς τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. μάρτυς ᾗ τούτων βηρωσσὸς, ἀνὴρ χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γνώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀσκουμένοις, ἐπειδὴ περί τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν χαλδαίοις φιλοσοφουμένων αὐτὸς εἰς τοὺς ἕλληνας ἐξεύηνε τὰς συγγραφάς.

A qui in Tyro regnauêre, & deinde veniens ad Hiramum regem, sic ait: Moriente verò Abibalo, successit in eius regno filius eius Hiramus, qui vixit annis trigintaquatuor. Hic aggere coniunxit Eurychorum, aureámque ibi columnam Iouis in templo reposuit: & ad syluam lignorum profectus, abscidit de monte qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Demolitúsque antiqua delubra, noua templa ædificauit: Herculísque & Astartes fana dedicauit, Herculis primùm extructo mense Peritio, deinde Astartes: quando castra mouit aduersus Tiryos, minimè tributa reddentes: quos etiam subdens sibimet, denuò remeauit. Sub hoc fuit Abdemonus puer iuuenis, qui semper parabolas soluebat, quas Salomon Hierosolymorum rex destinabat: Supputatur verò tempus ab hoc rege vsque ad constructionem Carthaginis, hoc modo: Moriente Hiramo successit in eius regno Beleastartus filius, qui cùm vixisset annis quadragintatribus, septem regnauit annis. Post hunc Abdastartus filius cùm vixisset annis viginti, regnauit nouem. Hunc filij nutricis eius quatuor insidiis peremêre: quorum senior regnauit annos XII. Post quos Astartus filius Beleastarti regnauit. Qui cùm vixisset annis quadragintaquatuor, regnauit annis duodecim. Post hũc frater eius Astarimus: & hic vixit annis quatuor & quinquaginta, regnauit annis nouem, & peremptus est à fratre Phellete: qui suscipiens regnum, mensibus imperauit octo, cùm vixisset annis quinquaginta. Hunc peremit Ithobalus Astartæ sacerdos: qui cùm vixisset annis sexagintaocto, regnauit annis trigintaduobus. Huic successit Badezorus filius: qui cùm vixisset annis XLV. regnauit sex. Huic successor factus est Mettinus filius: qui cùm vixisset XXXII. nouem regnauit annis. Huic successor fuit Pygmalion, qui annos egit in sua vita LVI. ex quib. XL. tenuit principatum. huius regni anno septimo, soror Dido in Africa ciuitatem ædificauit Carthaginem. itaque colligitur tempus à regno Hirami vsque ad ædificationem Carthaginis annorum CLV. & mensium VIII. Cùm verò duodecimo anno huius regni, in Hierosolymis ædificatum fit templum, fit ab ædificatione templi vsque ad constructionem Carthaginis tempus annorum CXLIII. mensium VIII. Testimonio siquidem Phœnicum quid amplius oportet apponi. Cernitur ipsa veritas fortiter approbata: & multo clarius apparet, quoniam præcedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad prouinciam hanc aduentus. Cùm enim eam vniuersam bello tenuissent, tum demum templum ædificare cœpêre: & hæc apertè ex literis sacris etiam à me in Antiquitate manifestata sunt. Nunc itaque sunt dicenda ea, quæ apud Chaldæos noscuntur esse conscripta, & de nobis in historia sunt relata. Quæ multam habent concordiam cum nostris voluminibus: etiam de aliis rebus. Testisautẽ horum est Berosus, vir genere quidem Chaldęus, notus autem eis, qui doctrinæ eruditionique congaudent: quoniam de astronomia & de Chaldæorũ philosophia ipse Græcas conscriptiones edidit.

Igitur Berosus antiquissimas secutus historias, de facto diluuio, & hominum in eo corruptione, sicuti Moses, ita conscripsit: simul & de arca, in qua generis nostri princeps seruatus est, deuecta scilicet ea in summitatem montium Armeniorum. Deinde scribens eos, qui ex Noë progeniti sunt, & tempus eorum adiiciens, vsque ad Nabulassarum peruenit, Babyloniorum & Chaldæorum regem, & huius actiones exponens, narrat: quemadmodum misit in Ægyptum & ad nostram terram filium suum Nabuchodonosorem cum multa potentia: qui dum rebellantes eos inuenisset, omnes suo subiecit imperio: & templum in Hierosolymis concremauit: cunctúmque generis nostri populum auferens, migrauit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit desolari annis septuaginta vsque ad Cyrum regem Persarum. Dicit autem quod tenuerit Babylonius Ægyptum, Syriam, Phœniciam, Arabiam, vniuersos priores Chaldæorum & Babyloniorum reges actionibus suis excellens. Ipsa verò verba, quæ Berosus protulit, hoc modo dicta, necessariò proferenda sunt. Audito tamen pater eius Nabulassarus, quòd satrapa constitutus in Ægypto & Syria inferiore & Phœnicia rebellaret, cùm non valeret iam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabuchodonosori ætate valenti partem quandam exercitus contra eum misit. Nabuchodonosor autem cum satrapa desertore congressus, prouinciam quæ ab initio eorum fuerat, ad proprium reuocauit imperium. Eodem verò tempore, contigit patrem eius Nabulassarum, cum ægrotasset, in Babylonia ciuitate defungi, qui regnauit annis XXIX. Nabuchodonosor autem non post multum tempus mortem patris cognoscens, & negotia Ægyptiaca disponens, reliquarúmque prouinciarum, & captiuos Iudæorum & Phœnicum atque Syrorum, qui in Ægypto fuerant, commendans quibusdam amicis, vt cum exercitu & impedimentis perducerentur ad Babyloniam, ipse cum paucis iter aggressus per desertum Babylonem venit: reperiénsque cuncta à Chaldæis dispensari, seruatúmque regnum ab optimatibus eorum, dominus factus totius paterni principatus, captiuis quidem aduenientibus præcepit habitacula in opportunissimis Babyloniæ locis ædificare. ipse verò ex manubiis templum Beli ac reliqua munificentissimè excoluit: & veteri vrbi alteram extrinsecus adiecit. Et prouiso ne posthac possent hostes fluuium conuertere, & ad vrbem accedere, tres interiori ciuitati per circuitum muros, totidem exteriori, hos cocto latere, illos addito etiam bitumine, circundedit: tum sic communitæ portas quæ vel templum deceant, addidit. ad hoc iuxta paternam regiam, alteram sumptuosiorem multo ampliorémque extruxit: cuius ornatum exponere fortasse longum esset, illud memoratu dignum, quòd hæc adeò superba supráque fidem magnifica, quindecim dierũ spacio perfecta est.

A Εἶτ' Βίνιω ὁ Βηρωσὸς τὰς ἀρχαιοτάτας ἐπακολουθῶν ἀναγραφαῖς, ὥδε τε τὸ ὑδρομμῦς καταπλυσμῶ καὶ ἐν αὐτῷ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ μωσῆς ἔφασκε ἱστόρηκεν, καὶ ὡδὶ τὸ λάρνακος, ἐν ᾗ νῶχος ὁ τῶν ὅλων ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, ὡς σεσωσμένος ἐχθείσης αὐτῆς τῶν ἀκρωρείαις τῶν ἀρμενίων ὀρῶν. εἶτα τοῖς ἀπὸ νῶχε καταλέγων, καὶ τοῖς χρόνοις αὐτοῖς ὡς σεσιθεὶς, ὅπι ναβολάσσαρος ὠδαγένε), τὸν βαβυλῶνος καὶ χαλδαίων, βασιλέα, καὶ τὰς τούτου ὡς ἀράξεις ἀφηγούμενος λέγει, πίνα τρόπον πέμψας ὅπι τὸν αἴγυπτον, ⊂ ὅπι τὸν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ ναβοχοδονόσορον μὴ πολλῆς δυνάμεως, ἐπειδή περ ἀφεστῶτας αὐτοὺς ὑπέθετο, πάντων κρατήσειν· καὶ τὸν ναὸν ἐνέφρησε τὸν ἐν ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν αἰαχήσας, εἰς βαβυλῶνα μετῴκισεν. συμέβη δὴ καὶ τὸν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἐτῶν ἑβδομήκοντα, μέχρι κύρου τοῦ περσῶν βασιλέως. κρατῆσαι δέ φησι τὸν βαβυλώνιον αἰγύπτου, συρίας, φοίνικης, ἀραβίας, πάντας ὑπερβαλλόμενον τὰς πρὸς τοὺς πρὸ αὐτοῦ χαλδαίων καὶ βαβυλωνίων βασιλεῖς. εἶθ' ἑξῆς ὑποκατάβας ὀλίγον ὁ βηρωσὸς, πάλιν ὠδαπίθε) ἐν τῇ τῶν ἀρχαιότητος ἱστορίας αὐτὰ ὑπὸ ὠδαθήσομαι τὰ τοῦ βηρωσοῦ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον. ἀκούσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ ναβολάσσαρος, ὅτι ὁ τῆς γυμνῆτος σατράπης ἔστι αἰγύπτῳ ⊂ τοῖς περὶ τὸν συρίαν τῶν κοίλων καὶ τῶν φοινίκων τόποις ὅπως ἀπὸ τῆς γένοιτο, ἀδυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπαθεῖν, συνήσας τῷ υἱῷ ναβουχοδονόσορῳ ὅτι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπεμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμίξας δὲ ναβυχοδονόσορος τῷ ὑποσάτῃ, καὶ παρατάξαμενος, αὐτοῦ τε ἐνυείδυσε, καὶ τῶν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῶν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποίησεν. τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συμέβη ναβολασσάρῳ, καὶ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι, ἐν τῇ βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βασιλεύσαντι εἴκοσι ἐννέα. αὐθόμενος δὲ μετ' ὀλίγον τῶν τοῦ πατρὸς τελευτῶν ναβυχοδονόσορος, κατασήσας τὰ καὶ τὸν αἴγυπτον σώματα καὶ τῶν λοιπῶν χώραν, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἰουδαίων τε καὶ φοινίκων καὶ σύρων καὶ τοῦ κατὰ τὸν αἴγυπτον ἐθνῶν συνταξάς τινι τῶν φίλων, μὴ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀναχομίζειν εἰς τὴν βαβυλωνίαν, αὐτὸς ὀλίγους παρεδρεύετο δι' τῆς ἐρήμου εἰς βαβυλῶνα καταλαβὼν τὰ σώματα διοικούμενα ὑπὸ χαλδαίων, ⊂ διατεθυμμένου τὴν βασιλείαν ὑπὸ τοῦ βελτίστου αὐτοῦ, κυριεύσας ἐξ ὁλοκλήρου τῆς πατρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις ὠδαχθύμενος, συνέταξεν αὐτοῖς ὁποικίας ἐν τοῖς ὁπτηδειοτάτοις τῆς βαβυλωνίας τόποις ὁποδεῖξαι. αὐτὸς δὲ τοῦ ὀν τὸ πόλεμον λαφύρων, τὸν τε βήλου ἱερὸν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας φιλοτίμως, τῇ τε ὑπαρχούσαν ἐξ ἀρχῆς πόλει, καὶ ἑτέραν ἔξωθεν ὠχυρωσατο μέρος, καὶ * αἰαγκάσας πρὸς τὸ μηκέτι δύνασθαι τοῖς πολιορκοῦντας τὸν ποταμὸν ἀποστρέφοντας ὅπι τὴν πόλιν καταστρέφειν, ὑπερβαλὼν ξεῖς μὲν τὸν ἔνδον πόλεως ὠκοδόμου, ξεῖς δὲ τῆς ἔξω τούτων, τοῖς μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου, τοῖς δὲ ἐξ αὐτῆς τὸν πλίνθου, καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τοὺς πυλῶνας κοσμήσας ἱεροπρεπῶς, ὠκοδόμησε τοῖς παρὰ τοῖς βασιλείοις, ἕτερα βασίλεια ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπερφέρεντα ἀνάθημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. μακρὰ δ' ἴσως ἐστὶν αὐτῆς ἐξηγῆσαι. πλὴν ὄντα γε ὑπερβολὴν ὡς μεγάλα καὶ ὑπήφανα, συνετελέσθη ἡμέρας δεκαπέντε

ἐν δὲ

ἐν ᾗ τοῖς βασιλείοις τούτοις ἀναλήμματα λίθινα ὑψη-
λὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὄψιν ἀποδοὺς ὁμοιοτάτην
τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξειρ-
γάσατο. Ὁ κατασκεύασας τὸν καλούμενον κρεμαστὸν
παράδεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν τῆς
ὀρείας διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν μηδίαν
τόποις. ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρησεν περὶ τοῦ προειρη-
μένου βασιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τούτοις τῶν χαλδαϊ-
κῶν, ἐν οἷς μέμφεται ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, ὡς μάτην
οἰομένοις ὑπὸ σεμιράμιδος τὴν ἀσσυρίας κατοικίαν τῆς
βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ αὐ-
τὴν ὑπ' ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφότι. Ὁ καὶ ταῦ-
τα τὴν μὲν τῶν χαλδαίων γραφὴν ἀξιόπιστον ἡγητέον.
ἐν μὲν ἀλλὰ κἂν τοῖς ἀρχαίοις τῶν φοινίκων σύμφωνα
τοῖς ὑπὸ βηρωσοῦ λεγομένοις ἀναγέγραπται, περὶ τοῦ
τῶν βαβυλωνίων βασιλέως, ὅτι τὴν συρίαν καὶ τὴν
φοινίκην ἅπασαν ἐκεῖνος κατεστρέψατο. περὶ τούτων
γοῦν συμφωνεῖ φιλόστρατος ἐν ταῖς ἱστορίαις, μεμνη-
μένος τῆς τύρου πολιορκίας. καὶ μεγαθένης ἐν τῇ τε-
τάρτῃ τῶν ἰνδικῶν. δι' ἧς ἀποφαίνειν πειρᾶται τὸν
προειρημένον βασιλέα τῶν βαβυλωνίων, ἡρακλέους
ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει πράξεων διενεγκόντα. καταστρέ-
ψασθαι γὰρ αὐτὸν φησὶ καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἰβηρίαν. τὰ
δὲ περὶ τοῦ ναοῦ προειρημένα τοῦ ἐν ἱεροσολύμοις, ὅτι
κατεφρόνθη μὲν ὑπὸ τῶν βαβυλωνίων ὑπερατυσάντων, ἤρξατο δὲ πόλιν ἀνοικοδομεῖσθαι, κύρου τὴν ἀσίας τὴν
βασιλείαν παρειληφότος, ἐκ τῶν βηρωσοῦ σαφῶς ἐπι-
δεικθήσεται πεπραγμένων. λέγει γὰρ οὕτω διὰ τοῦ τρί-
του. ναβοχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προει-
ρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀῤῥωστίαν, μετηλλάξατο τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη πεντεκαιεἰκοσιπέντε. τῆς
δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο υἱὸς αὐτοῦ δι' ἀλλοφράδοχος.
οὗτος πρεσβύτου τὴν πραγμάτων αἰόμενος ἀσελγῶς, ὑπὸ
βουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τοῦ ἀδελφιδοῦ ἔχοντος αὐτοῦ νηριγλισσορόσου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ὑπὸ βουλευσάντων αὐτοῦ νηριγλισσορόσου, ἐβασίλευσεν ἔτη τεσσαρακοντατρία. τούτου υἱὸς λαβοροσσοάρχοδος ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὢν μόνας ἐννέα, ὑπὸ βουλευθεὶς δὲ διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ὑπὸ βουλεύσαντες αὐτοῦ, κοινῇ τὴν βασιλείαν προσέθηκαν ναβονήδῳ τινὶ τῶν ἐν βαβυλῶνος, ὅστις ἐκ τοῦ αὐτοῦ ὑπῆρχε γένους. ὑπὸ τούτου τὰ περὶ τὸ ποταμὸν τείχη τῆς βαβυλωνίων πόλεως, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεσκευάσθη. ἔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προσεξελαυνθεὶς κύρος ἐκ τῆς περσίδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν ἀσίαν πᾶσαν, ὥρμησεν ὑπὲρ τῆς βαβυλωνίας. αἰσθόμενος καὶ ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ παρατάξαμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ φυγὼν ὀλιγοστός, συνεκλείσθη εἰς τὴν βορσιππηνῶν πόλιν. κύρος δὲ βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτοῦ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φαίνεσθαι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ὑπὲρ βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν ναβόννηδον. τοῦ δὲ ναβοννήδου οὐκ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγκείσαντος αὐτὸν πρόσω, χρησάμενος κύρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς βαβυλωνίας. ναβόννηδος μὲν οὖν τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγηρόμενος,

A In ea lapideas moles excelsas excitauit, aspectu montibus assimiles, omnique genere arborum consitas. Horum quoque pensilem fecit, fama nobilem: eo quòd vxor eius montanum aspectum desideraret, in Medorum regione educata. Hæc itaque retulit de prædicto rege, & multa super hæc in libro Chaldaicorum: in quo culpat conscriptores Græcos, quasi vanè arbitratos, à Semiramide Assyria Babylonem ædificatam, & mira opera ab illa circa eam fuisse constructa, falsè conscripsisse dicens. Ipsam certè Chaldæorum conscriptionem fide dignam existimandum est, quando cum archiuis Phœnicum concordare videntur, quæ ex Berosо conscripta sunt de rege Babyloniorum: quoniam & Syriam & vniuersam Phœnicem ille subuertit. In his sanè consonat & Philostratus in historiis, dum Tyriæ meminit obsidionis: & Megasthenes in quarto Indicorum: vbi declarare contendit, prædictum regem Babyloniorum Herculem fortitudine & rerum gestarum magnitudine præcessisse. Dicit enim eum & maximam Africæ partem, & Hispaniam subiugasse. Quæ verò de templo Hierosolymorum relata sunt, & concrematum esse à Babyloniis, & cœptum rursus ædificari Cyro tenente Asiæ principatum, ex dictis Berosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit, Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit prædictum murum, incidens in languorem, de vita migrauit, cùm regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni Dominus effectus filius eius Euelmaradochus, propter iniquitates & libidines passus insidias à marito sororis suæ Niriglissoroore peremptus est, cùm duobus regnasset annis. Quo defuncto, sumens regnum qui ei fecit insidias Niriglissoroor, annis regnauit quatuor. Huius filius Laborosardochus, principatum quidem tenuit puer existens mensibus nouem: insidias verò passus, eò quòd nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communi suffragio regnum tradidêre Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt constructi. Cuius regni anno septimo decimo egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu, vniuersa Asia subacta, impetum fecit in Babyloniam vrbem. Sentiens autem Nabonidus inuasionem eius, & occurrens cum exercitu suo, atque congressus pugna, victus & cum paucis fugatus inclusus est in Borsippensium ciuitate. Cyrus autem Babyloniam obsidens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eo quòd nimis videretur munita, & esset ad capiendum valdè difficilis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidum expugnaturus. Nabonido verò oppugnationem non expectante, sed priùs supplicante, vsus clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus

in illa prouincia conuersatus est. Hæc concordant cum nostris. Scriptum namque in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno, templum nostrum ad desolationem vsque perduxit, & fuit exterminatum annis septem. Secundo verò anno regni Cyri fundamentis depositis, rursus secundo regni Darij anno perfectum est. His prolatis, adiiciam etiam Phœnicum historias: non enim probationum abundantia relinquenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: Sub rege Ithobalo Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Baal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, & iudicauêre hi Ecnibalus Baslechi mensibus duobus: Chelbis Abdæi mensibus decem: Abarus pontifex mensibus tribus: Myttonus & Gerastus Abdilimi: iudices annis sex, inter quos regnauit Balatorus anno vno: quo moriente, mittentes euocauêre Merbalum ex Babylone, & quatuor regnauit annis. Eo quoque moriente, euocauêre fratrem eius Iromum qui regnauit annis xx. Sub hoc Cyrus Persarum habuit imperium. Quapropter omne tempus est annorum quinquagintaquatuor, & mensium trium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obsidere Tyrum. Quartodecimo autem anno regis Iromi, Cyrus Persarum tenuit principatum. Consonant igitur quæ de templo scripta sunt à Chaldæis ac Tyriis, cum literis nostris. Manifestum verò & sine contentione testimonium est: de prædicta generis nostri antiquitate. Et his quidem qui non valde contendunt: sufficere iudicio quæ præmissa sunt. Oportet autem non credentibus Barbaricis conscriptionibus, sed solis Græcis fidem habendam esse dicentibus, adhuc multos exhibere testes, etiam Græcos, scientes nostrum genus, & opportuno tempore eius habentes mentionem. Pythagoras igitur Samius, cùm sit antiquus quidem ætate sapientia verò & diuina pietate philosophos omnes excellens, non solùm quæ nostra sunt agnouisse manifestus est, sed etiam æmulatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conscriptio nulla reperitur. multi tamen de eo retulêre: quorum insignior est Hermippus, vir circa omnem historiam diligentissimus indagator. Refert itaque in primo de Pythagora libro, quod Pythagoras vno familiarium suorum defuncto, nomine Calliphonte: genere Crotoniate, illius animam dicebat secum degere die noctúque: & quod præciperet, vt non transiret locũ, vbi asinus lapsus esset, & ab aqua fœculenta semetipsum abstineret, & ab omni blasphemia recederet. Deinde sequitur. Hæc autem agebat atque dicebat, Iudæorũ & Thracum opiniones imitatus, ac transferens in semetipsum. Dicitur enim verè, quod ille vir multas Iudæorum leges in suam transtulit philosophiam. Fuit tamen etiam per ciuitates non ignota olim gens nostra: & multi iã mores ad quasdam transierunt, & æmulatione digni à nonnullis habebantur. Quod manifestat Theophrastus in his quæ scripsit de legibus. Ait enim, quia prohibent Tyrorum leges & peregrino sacramento iurare. Inter quæ sacramenta

A ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον. ταῦτα σύμφωνον ἔχει τῇ ἡμετέρᾳ βύβλοις τὴν ἀλήθειαν. γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς ὅτι ναβυχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ διὰ φανὴς ὢν ἐπὶ ἔτη ἑπτά. δευτέρῳ δὲ τῆς κύρου βασιλείας ἔτει τῶν θεμελίων ἐποβληθέντων, δευτέρῳ πάλιν τῆς δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη. προσθήσω δὲ καὶ τὰς τῶν φοινίκων ἀναγραφάς. ἐν γὰρ φαλεπτέον τῆς ὑποδείξεων τὴν πλεονεξίαν. ἔστι δὲ τοιαύτη τῆς χρόνων ἡ καταριθμησις. ὑπὸ θωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε ναβυχοδονόσορος τὴν τύρον. μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε βαὰλ ἔτη δέκα. μετὰ τοῦτον δικασταὶ κατεστάθησαν καὶ ἐδίκασαν. σπικίβαλος βασλάχου μῆνας δύο, χέλβης ἀβδαίου μῆνας δέκα, ἄββαρος ἀρχιερεὺς μῆνας ἕξ. μύττονος καὶ γεράστρατος τοῦ ἀβδηλίμου δικασταὶ ἔτη ἑξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε βαλάτορος σημαντὸν ἕνα. τούτου τελευτήσαντος, ἀποστείλαντες, μετεπέμψαντο μέρβαλον ἐκ τῆς βαβυλῶνος, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τούτου τελευτήσαντος, μετεπέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἴρωμον, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσιν. ὑπὸ τούτου κυρὸς περσῶν ἐδυνάστευσεν. ὁ κοινὸς οὖν σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ ἕξ μῆνες πρὸς αὐτοῖς. ἑβδόμῳ μὲν οὖν καὶ πρὸς τῷ ναβυχοδονόσορου βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν τύρον. τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς ἰρώμου κύρος ὁ πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν. καὶ σύμφωνα μὲν ὑπὲρ τοῦ ναοῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ χαλδαίων καὶ τυρίων. ὁμολογημένη καὶ ἀναντίρρητος ἡ περὶ τῆς εἰρημένων μοι μαρτυρία τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχαιότητος. τοῖς μὲν οὖν μὴ σφόδρα φιλονείκοις ἀρκέσειν ὑπολαμβάνω τὰ προειρημένα. δεῖ δὲ ἄρα καὶ τῆς ἀπιστούντων τὰ ἐν τοῖς βαρβάροις ἀναγραφαῖς, μόνοις δὲ τοῖς ἕλλησι πιστεύειν ἀξιούντων, ὑποπληρώσαι τὴν ὑπόληψιν, καὶ πολλοὺς καὶ τούτων ὑπομνήσαι τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ καθ' ὃ καιρὸς ἦν αὐτοῖς, μνημονεύοντας πολλαχόθεν ἐν ἰδίοις αὐτῶν συγγράμμασιν. πυθαγόρας τοίνυν ὁ σάμιος ἀρχαῖος ὤν, σοφίᾳ δὲ καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπερλημμένος διενεγκεῖν τῶν φιλοσοφησάντων, καὶ μόνον εἰδωκὼς τὰ παρ' ἡμῖν δῆλος ὤν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐν πλείσι γεγενημένος. αὐτοῦ μὲν οὖν οὐδὲν ὁμολογεῖται σύγγραμμα, πολλοὶ δὲ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων διασημότατος ὤν ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν διαπολύς. λέγει τοίνυν ἐν τῷ α' τῶν περὶ πυθαγόρου βυβλίων, ὅτι πυθαγόρας, ἑνὸς αὐτοῦ τῶν συνόντας τελευτήσαντος, τοὔνομα καλλιφῶντος, τὸν νοῦν κροτωνιάτου, τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· καὶ ὅτι παρεκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον, ἐφ' ὃν αὐτὸς ὀνος ὀκλάσῃ, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πάσης ἀπέχειν βλασφημίας. εἶτα προσέθηκε μὴ ταῦτα καὶ τάδε. ταῦτα δὲ ἔπραττε καὶ ἔλεγε, καὶ ἰουδαίων καὶ θρᾳκῶν δόξας μιμούμενος, καὶ μεταφέρων εἰς ἑαυτόν. λέγεται γὰρ ὡς ἀληθὴς ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος πολλὰ τῶν παρὰ ἰουδαίοις νομίμων, εἰς τὴν αὐτοῦ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. καὶ γὰρ καὶ κατὰ πόλεις ἐν ἔθνος ἡμῶν πάλαι τὸ ἔθνος, καὶ πολλὰ τῶν ἐθῶν εἰς τινας ἤδη διαπεφοιτήκει, καὶ ζήλου παρ' ἐνίοις ἠξιοῦτο. δηλοῖ δὲ ὁ θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. λέγει γὰρ ὅτι κωλύουσι οἱ τυρίων νόμοι ξενικοὺς ὅρκους ὀμνύειν. ἐν οἷς

μετά-

μετά τινων ἄλλων καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον κορβᾶν καταριθμεῖ. παρ' οὐδενὶ δὲ αὐτὸν εὑρεθείη πλὴν μόνοις Ἰουδαίοις. δηλοῖ δὲ ὡς αὐτὸν εἴποι τις ἂν τὸν ἑβραϊστὶ μεθερμηνευόμενος δῶρον θεοῦ. καὶ μὴν οὐδὲ ἡ Ἡροδότου ἁλικαρνασσεὺς ἠγνόηκε ἡμῶν τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ φαίνεται μεμνημένος. περὶ γὰρ κόλχων ἱστορῶν ἐν τῇ δευτέρᾳ βύβλῳ φησὶν οὕτως. μόνοι τῶν πάντων φησὶ κόλχοι, καὶ αἰγύπτιοι, καὶ αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα. φοίνικες τε καὶ σύριοι οἱ ἐν τῇ παλαιστίνῃ, καὶ οὗτοι ὁμολογοῦσι παρ' αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. σύριοι τε οἱ περὶ θερμώδοντα καὶ παρθένιον ποταμόν, καὶ μάκρωνες, οἱ τούτοισιν ἀστυγείτονες ὄντες, ὑπὸ κόλχων φασὶ νεωστὶ μεμαθηκέναι. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ περιτεμνόμενοι ἀνθρώπων μοῦνοι, καὶ οὗτοι αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιοῦντες κατὰ ταυτά. αὐτῶν τε αἰγυπτίων καὶ αἰθιόπων οὐκ ἔχω εἰπεῖν, ὁπότεροι πρὸς τῶν ἑτέρων ἐξέμαθον. οὐκοῦν εἴρηκε σύριος τινὶ ἐν τῇ παλαιστίνῃ περιτέμνεσθαι. τῷ τε τινὶ παλαιστίνῳ κατοικούντων μόνοι τοῦτο ποιοῦσιν ἰουδαῖοι. τοῦτο ἄρα γινώσκων εἴρηκε περὶ αὐτῶν. καὶ χοιρίλος τε ἀρχαιότερος γενόμενος ποιητὴς μέμνηται τοῦ ἔθνους ἡμῶν. ὅτι συνεστράτευται ξέρξῃ τῷ περσῶν βασιλεῖ ὅτι τινὶ ἑλλάδι. καταριθμούμενος γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, τελευταῖον τὸ ἡμέτερον ἐν τάξει λέγων.

Τῷ δὲ ὅπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν φοίνισσαν ὑπὸ στομάτων ἀφιέντες·
Οἰκοῦν τ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατείῃ παρὰ λίμνῃ.
Αὐχμαλέοι, κορυφὰς ξυλλεγόμενοι τε αὐτὰρ ὕπερθεν
Ἵππων δαρτὰ περὶ στόμα ἐφόρεον ἐσκληκότα καπνῷ.

δῆλον οὖν ὅτι, ὡς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῖν αὐτὸν μεμνῆσθαι, τῷ καὶ τὰ σόλυμα ὄρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρᾳ, ἃ κατοικοῦμεν, καὶ τὴν ἀσφαλῆτιν λεγομένην λίμνην. αὕτη γὰρ πασῶν τῶν ἐν τῇ συρίᾳ λιμνῶν πλατυτέρα καὶ μείζων καθέστηκεν. καὶ χοιρίλος μὲν οὖν μέμνηται ἡμῶν. ὅτι οὐ μόνον ἠπίσαντο τοὺς ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ ἐθαύμαζον, ὅσοις αὐτῶν ἐντύχοιεν, οὐχ οἱ φαυλότατοι τῶν ἑλλήνων, ἀλλ' οἱ ὅτι σοφίᾳ μάλιστα τεθαυμασμένοι, ῥᾴδιον γνῶναι. κλέαρχος γὰρ ὁ ἀριστοτέλους ὢν μαθητής, καὶ τῶν ἐν τῷ περιπάτῳ φιλοσόφων οὐδενὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕπνου βυβλίῳ φησὶν, ἀριστοτέλη τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ περί τινος ἀνδρὸς ἰουδαίου τοιαῦτα ἱστορεῖν, αὐτὸν τε τὸν λόγον ἀριστοτέλει ὡδαπιθείς. ἔστι δὲ οὗτος γεγραμμένος. ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. ὅσα δὲ ἔχει τῷ ἐκείνου θαυμασιότητά τινα, καὶ φιλοσοφίαν ὁμοίως, διελθεῖν οὐ χεῖρον. ὡς σαφῶς δέ σοι εἰπεῖν ὑπερόχιδη, θαυμαστόν τι καὶ ὀνείρατος ἴσα σοι δόξω λέγειν. καὶ ὁ ὑπερόχιδης δυλαβούμενος, δι' αὐτὸ γὰρ, ἔφη, τοῦτο, καὶ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι πάντες. οὐκοῦν εἶπεν ἀριστοτέλης καὶ τὸ τῷ ῥητορικῶν ὡδάγελμα, τὸ γένος αὐτοῦ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς τῶν ἐπαγγελιῶν διδασκάλοις. λέγε, εἶπεν ὁ ὑπερόχιδης, ὅπερ σοι δοκεῖ. κἀκεῖνος, τοίνυν τὸ μὲν γένος ἦν ἰουδαῖος ἐν τῇ κοίλῃ συρίᾳ. οὗτοι δὲ εἰσιν ὀπόγονοι τῶν ἐν ἰνδοῖς φιλοσόφων. καλοῦνται δὲ ὡς φασιν οἱ φιλόσοφοι ὡδὰ μὲν ἰνδοῖς κάλλανοι. ὡδὰ δὲ σύριος ἰουδαῖοι, τοὐνόμα λαβόντες ὑπὸ τοῦ τόπου. προσαγορεύεται γὰρ ὃν κατοικοῦσι τόπον ἰουδαία. τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάνυ, σκολιόν ἐστιν, ἱεροσολύμοις γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν. ἔστι οὖν ὁ ἄνθρωπος ὑποδεχόμενός τε πολλοῖς, καὶ τῷ

A cum quibusdam aliis etiam iusiurandum, quod Corbam appellatur, enumerat: apud nullos autem hoc inuenitur iuramentum, nisi apud Iudæos solos: quod interpretatur ex Hebraica lingua, donum Dei. Verùm neque Herodotus Halicarnasseus nostram ignorauit gentem, sed quodammodo eius meminisse cognoscitur. De Colchis enim referens, in secundo libro sic dicit: Soli autem inter omnes Colchi, & Ægyptij, & Æthiopes, verenda ad initio circuncidunt. Phœnices verò, & Syri in Palæstina confitentur hoc ab Ægyptiis didicisse. Syri autem qui circa Thermodoontem & Parthenium fluuium commorantur, & his vicini Macrones, à Colchis dicuntur nuper didicisse. Hi namque sunt inter homines soli, qui circuncidunturt: & isti sicut Ægyptij facere dicuntur. De Ægyptiis autem & Æthiopibus dicere non possum, vtri ab alterís didicêre. Dixit ergo Syros, qui in Palæstina sunt, circuncidi. Omnium autem qui habitant Palæstinam, soli Iudæi circuncidunturt. Hoc igitur sciens, de ipsis dicit. Quin & Chœrilus, antiquus poëta, meminit de gente nostra, dicens quod militauerunt nostri maiores cum Xerxe Persarum rege contra Græcos: & enumerans vniuersas gentes, nouissimam nostram posuit, ita dicens:

Huius miranda specie gens castra secuta,
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.
Sedes huic Solymi montes, stagnum prope vastum,
Tonsa caput circum, squarenti vertice equini
Exuuias capitis duratas igne gerebat.

Palàm ergo est, sicut arbitror, quia nostri meminerit, eo quòd & Solymi montes in nostra regione sunt constituti, in quibus habitamus, & stagnum, quod dicitur Alphaltites, hoc enim inter omnes stagnum in Syria latius ac maius est. Et Chœrilus quidem ita nostri meminit. Quod autem non solùm sciebant Iudæos, sed etiam in quotquot inciderent admirabantur, non è vulgo Græci, sed ob sapientiam celebres, ostendere facile est. Clearchus enim Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nulli secundus, in primo libro de somno, dicit Aristotelem doctorem suum de quodam viro Iudæo ita referre: & ipsi Aristotelì eundem sermonem ascribit, quod ita conscriptum est. Sed alia quidem longum est dicere. Quæ verò habere potuerant illius admirationem quandam atque philosophiam, ea duco operæ preciũ referre. Et Hyperochides: vehemẽter, inquit, audire desideramus vniuersi. Igitur secundùm præcepta, Aristoteles inquit, rhetorica, eius genus primò indicabimus, ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic, inquit Hyperochides, ita si placet. tum ille. genere igitur Iudæus erat, è Cœlesyria: qui sunt ex propagine Philosophorum Indorum, vocantúrque (vt aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autem Iudæi nomen accipientes à loco. locus enim vbi habitant, appellatur Iudæa. nomen verò eorum ciuitatis valde difficile est: vocant enim eam nomine Hierusalem. Is igitur homo multos hospitio recipiens, & de su-

perioribus ad maritima descendens, grauissimus erat non solùm eloquio, sed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Asiam, cum diuinus homo venisset ad ea loca, confabulari cœpit nobiscum, & cum aliis scholasticis eorum sapientiam tentans, cúmque multi eruditorum congregarentur, tradebat potius aliquid eorum quæ habebat. Hæc ait Aristoteles apud Clearchum, & super hæc multam ac mirabilem continentiam Iudæi viri in cibis & castitatem narrat. Licet autem volentibus hæc ex ipsius lectione cognoscere. ego enim refugio plus quàm decet inserere. Clearchus igitur facta digressione, cùm aliud propositum haberet, nostri generis ita meminit. Hecatæus autem Abderita, vir philosophus simul & circa actiones industrius, cum Alexandro rege nutritus, & cum Ptolemæo Lagi commoratus, non obiter, sed integrum de ipsis Iudæis conscripsit librum, ex quo volo breuiter quædam eorum quæ ab eo sunt dicta percurrere. Sed primitus tempus ostendam. meminit enim prælij, quo circa Gazam Ptolemæus conflixit cum Demetrio, quod vtique contigit vndecimo quidem anno post mortem Alexandri, Olympiade verò septima & decima atque centesima, sicuti refert Castor. adiiciens enim hanc Olympiadem, dicit: Sub hac Ptolemæus Lagi vicit in Gaza prælio Demetrium Antigoni, qui vocabatur Poliorcetes. Aleyandrum verò profitentur vniuersi centesima & quartadecima Olympiade fuisse defunctum. Palàm ergo est, quia & secundùm illud tempus, & sub Alexandro genus florebat nostrum. Dicit igitur Hecatæus, quia post prælium ad Gazam Ptolemæus locorum quæ sunt circa Syriam dominus est effectus. Et multi hominum cognoscentes mansuetudinem & clementiam Ptolemæi, cum eo proficisci ad Ægyptum, & rebus communicare voluêre, Quorum vnus, inquit, erat Ezechias pontifex Iudæorum: homo ætate quidem quasi sexaginta & sex annorum, dignitate verò apud contribules maximus, & animo sapientissimus, potentissimus ad dicendum, & circa causas sicut nullus alter expertus. dicit etiam omnes sacerdotes Iudæorum, qui decimas accipiunt, & vniuersa in communi gubernant, circa mille & quingentos existere. Rursus autem prædicti viri faciens mentionem: hic, inquit, homo hunc honorem gerens, & assuetus esse nobiscum assumens aliquos suorum, differêtiam cunctam exposuit: & habitationem suam & conuersationem, quam scriptam habebat, pariter indicauit. Deinde palàm facit Hecatæus, quales circa leges existimus: & quia omnia sustinere, ne transcendamus eas, eligimus: & hoc esse optimam iudicamus. Dicit igitur hæc: Et malè sæpius à finitimis audientes, & omnes contumelias passi à Persicis regibus & satrapis, non possunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione, de his præcipuè omnibus respondere parati sunt. Perhibet autê etiam indicia fortis animi circa leges non parua, dicens, Alexandro quódam in Babylone constituto, & volête Beli

